


Ff Stephanus

22 15
13 15
1
36





Roku 1790. dń 6. Kwietnia w Kodni u nas w Konwencie X.X. Aug. dało się znać trzęsienie Ziemi kilku minutowe z poprzedzaiącym Hukiem po godzinie dziewiątey po-południu w nocy pamięci zanotowałem

X. Celestyn Mięczkowski P.

LIBER

Conventûs Codnensis Ordinis Eremitarum.

S. P. NOSTRI AUGUSTINI.

In quo adnotantur ab aº Dñi 1770

Acta Capitulorum tam Generalium, quam Provincialium, atq Congregationum Intermediarum, Visitationes hujus Conventûs Codnensis, et alia notabiliora monumenta.

Ad

M. D. G. B. V. M. S. L. O. C. H. SS.

P. P. et perennem Venerationem.

Mr Fr Erasmus Bartott Augustinianus S. Thd Doctor per Poloniā et M. D. Lithvaniæ Prior Provincialis.

Placuit Altissimo inter tot tantaq́ pericula rerū acta Novissimi Capituli Nostri Provincialis Cracovien: ad Optatum perduxisse finem, ea vobis in presentiarum PPres et FFres in Christo Dilectissimi promulgare Statuimus suntq́ ea. Anno Nativitatis Ejusdem 1769 Mense 7bri Celebrata sunt Comitia Provincialia Frūm Eremitarum S. P. N. Augustini hujus Provinciæ Polonæ in Conventu Cracoviensi ab Adm Rndo Prē Norberto Polikowski dictæ Provinciæ Provinciali in diem 29 supradicti Mensis. Indicta atq́ die prædicta quæ erat Feria sexta post Dominicam ultimam 7bris statim postquam Vesperæ fuerunt decantatæ signo campanulæ ter dato Patres Omnes Capitulariter Congregati fuerunt et præfatus Pr Provincialis mandavit, ut si quis à Reverendissimo Patre Generali literas haberet ad istud Capitulum directas easdem statim proferret, Mox Rndus Pr Benedictus Zarebà S. Thd Bacc: Prior Zaloscensis Reverendissimi Pris Mgri Francisci Xaverii Vazquez Prioris Generalis præsentavit per quas dicti Capituli Præsidentem constituebat Adm Rdm Prem Mgrm Anselmum Frankowski S. Thd Doctorem qui renuente nullo ab Omnib9 reverenter pro Præsidente fuit recognitus. Deinde per Ballotulas electi sunt tres Judices Causarum A. R. Pater Dominicus Karski S. Th. Doctor Rdus Prior Cherubinus Szczyrbinski S. Th. Bacc: R. Pater Anselmus Koterba S. Thd Bacc. Sequenti Sabbato Missa de Spiritu Sancto so: lemniter cantata aliisq́ expletis in nostris Constitutionibus Exer: citiis coram Omnibus in loco capituli consedentibus Adm R. P. Provincialis Officium suum in Manus Præsidentis humiliter resignavit. Qua resignatione acceptata, recitata fuerunt per A. R. Prem Dominicum Karski Judicem Causarum Nomina eorum qui vocem habere debebant hoc Ordine, Adm R. P. Anselmus Frankowski præsentis Capituli Præsidens A. R. P. Norbertus Polikowski Provincialis absolutus. A. R. P. Simon Gorski Diffinitor Generalis Prior Brestensis. Adm R. Pr Erasmus Bartott Diffinitor Superstes Vicarius Prior Varsaviensis A. R. P. Andreas Zawadzki Diffinitor Superstes Vicarius Prior Lublinensis A. R. P. Dominicus Karski Vicarius Prior Vielunensis A. R. P. Rochus Sapalski A. R. P. Ludovicus Leszczynski S. T. B. Diffinitor Prior Radziechoviensis A. R. P. Augustinus S. T. B. Diffinitor A. R. P. Angelus Byczkowski S. T. B. Diffinitor Prior Crasnostaviensis R. P. Felix Deyczykiewicz S. T. B. Prior Pitusiensis R. P. Stanislaus Baier S. T. L. Prior Xiazensis R. P. Michael Nosarzewski S. T. L. Prior Ciechanoviensis R. P. Anselmus Koterba S. T. B. Prior Or choviensis R. P. Cestaus Sonnek S. T. B. Prior Zaturcensis R. P. Cherubinus Szczyrbinski S. T. B. Prior Vitcoviensis R. P. Benedictus Zareba S. T. B. Prior Zaloscensis R. P. Josephus Malachowicz S. T. B. Vicarius Prior Leopoliensis R. P. Mauritius Petrusewicz Vicarius Prior Radomisliensis R. P. Possidius Morello S. T. B. Prior Pitznensis R. P. Thomas Kobylanski S. T. B. Vic. Prior Vitnensis R. P. Benedictus Danitowski S. T. B. Prior Zydaczoviensis R. P. Martinus Putawski S. T. B. Vic: Prior Codnensis. R. P. Celestinus Winnicki S. T. B. Vic: Prior Narodicensis R. P. Lucas Dominski Provinciæ Secretarius. Emissis autem vocem non habentibus designati sunt tres scrutatores vocum per ballotulas. R. P. Rochus Sapalski R. P. Josephus Malachowic S. T. B. R. P. Anselmus Koterba. S. T. B. et ab ipsis Juramento fidelitatis præstito ad novi Provincialis electionem processum est, atq́ prima electione et scrutatione peracta electus fuit in Provincialem votis tredecim A. R. P. Erasmus Bartott ac a primo scrutatorum publicatus processionaliterq́ ad Ecclesiam deductus deosculatæ fuerunt ei manus, in signum obedientiæ et tradito ei per A. R. P. Præsidentem sigillo ab eodem in officio Provincialatus Confirmatus est. Ultra quem habuere vota R. P. Ludovicus Leszczynski

Lesczyński Sc TB. vota sex. A. R. P. Andreas Zawadzki Vota quatuor A. R. P.
Rochus Sapalski Vo: unum A. R. P. Cherubinus Szczybinski votum unum eadē
die post sonam ad sonum Campanelle ter pulsatæ et mores est in Capitulo
omnes Patres vocates, Convenerunt et processerunt ad electionem Diffini
torum et ab illis omnibus servatis servandis electus in primum Diffinito
rem A. R. P. Simon Gorski Votis Novemdecem, in 2dū A. R. P. Andreas Zawadz
ki, Votis Viginti in 3um A. R. P. Rochus Sapalski Votis Octodecem in 4tū
A. R. P. Theodorus Rauenacher S. T. B. Votis quindecem in 5tum R. P. Be
nedictus Daniłowski S. Bet B. Votis decem in 6tum R. P. Michael Nosarzew
ski S. T. L. Vo: septemdecem. Ultra quos habuere vota R. P. Cherubinus Szczyr
binski S. T. B. Vota quem R. P. Vozlidius Morello S. T. B. vota quem R. P. Jose
phus Patachowicz vota 6. Diebus vero sequentibus servatis omnibus
in Constitutionibus præscriptis congregati fuerunt Diffinitores prædi
cti A. Rdi Pres A. R. P. Anselmus Frankowski Præsidens, A. R. P. Mr Eras
mus Bartoll Provincialis Electus A. R. P. Norbertus Bolikowski Provinci
alis absolutus A. R. P. Simon Gorski Diffinitor primus A. R. P. Andreas Zawadz
ki diffinitor 2dus A. R. P. Rochus Sapalski Diff. 3tius R. P. Teodorus Rau
nacher Diff. 4tus R. P. Benedictus Daniłowski Diff. 5tus R. P. Michael
Nosarzewski Diff: 6tus Quibus Consedentibus Ante Omnia per A. R. P.
Præsidentem præsentatæ fuerunt Literæ Rndissimi Pres Mri Francisci
Xaverii Vazquez totius Ordinis Prioris Generalis ad præsens diffinito
rium transmissæ in tenore sequenti Fr Franciscus Xaverius Vazquez
Peruanus Sc Tae Mgr Totius Ordinis Frum Eremittarum S. P. Augu
stini Prior Generalis. Venerabilibus nobis in Christo dilectis Patribus
Provinciali ac Diffinitoribus Provinciæ Poloniæ Nostri Ejusdem Ordinis
salutem in Domino Jam diu est ex quo Religiosorum istiusq Pro
vinciæ clamores ad aures nostras pervenerunt, quod regularis ob:
servantia quotidie in deterius pergat et quod ipsa Provincia in Interi
tum jam prope sit Lapsura. Et Licet nos sæpe per privatas Epistolas
monentes et observantes irruentibus malis occurrere curaverimus
nihil nos tamen profecisse et mala ulterius quotidie adaucta fuisse
vel inde dignosci potest quod tam sæpe Fratres cogantur tunc apostatæ
discedere, ita ut magno animi nostri dolore advertamus ex ista No
stra una Provincia tot Apostatas huc accedere quod ex Omnibus aliis
ultra montanis Provinciis venire non contingit. Tot mala ex tripli
ci potissimum ratione Ortum ducere cognovimus. Prima Quod Pri
ores de regulari Observantia in seipsis parum solliciti nec vitam 7
Communem cum aliis Fribus servant nec pondus Claustralis Ob
servantiæ ferre volunt sed tanquam Domini independentes de Om
nibus pro libitu disponunt omniaq ad proprium commodum, et So
latium vertunt. 2do quod iidem Priores Ceteros Fres non diligant
ut Filios sed ut servos et mancipia tractent Et si quando in aliquo eos
deficere contigerit non curant ipsos paterne corrigere vel etiam si
oportuerit pœnis Canonicis ex nostris S. Constitutionibus præscri
ptis ad ipsorum emendationem castigare, sed ipsos adeo crudeliter
et barbare vexant ac si essent Bruta, ut eosdem in desperationem et
fugam inducant Tertia tandem ratio est quod Provinciales in suis
potissimum visitationibus suo muneri parum satisfaciant cum
nec Frum querelas nec in vitam moresq Priorum diligenter inquirant
Quod si Priores vitam communem non servantes, in regulari Obser
vantia desides vel in subdito crudeles ab Officio uti convenit depone
rent Provinciales ac debitis pœnis plecterent Omnes quidem si mi
nus amore justitiæ ac timore saltim pœnæ continerentur. Qua
propter ut tot malis aliquod remedium afferamus Vos Omnes
Patres Provincialem et Diffinitores præsentis Capituli pro ultima
vice in Domino monemus et rogamus ut memores rationis

quam de munere vobis commissa Domino reddituri estis, curetis primo eos viros Conventibus præficere qui sciant recte justa leges subditos gubernare, ac ea decreta deinde constitualis, perque exorta mala amputari, et ne alia exoriantur caveri possit. Quod si neqvidquam profecisse hanc nostram exortationem cognoverimus efficaciora remedia capessere opus erit et per Visitatores nostros refractarios uti decet ab officio deponendo et severe castigando mala omnia quæ per Epistolas non valuimus eradicare curabimus. Bene interim valete in Domino Paternitatum Vestrarum Amantissimus ex Corde Fr. Franciscus Xaverius Vazquez Generalis Romæ 1ª Februarii 1769
Per lectis itaq' hisce Reverendissimi Patris cum reverentia literis omnes humiliter ac prompto animo susceperunt contentas in ijsdem literis admonitiones, et ne deinceps similia practicentur in hac Provincia mala auctoritate eis à nostris Constitutionibus concessa ea quæ sequuntur Statuerunt ac publice notificare mandaverunt Primo Provinciales ut justa Sacras Constitutiones munus suum exacte adimpleant, quolibet anno unumquemq' Conventum personaliter accedant formalem visitationem perficiant Frum querelas patienter audiant illisq' definitive satisfaciant, ne Fres injuriati recursum in Urbem facere cogantur 2do de Statu item Priorum localium deq' illorum moribus diligentem inquisitionem peragant et qui repererint vitam Communem cum aliis non servantes bona Conventus pro suo libitu ad suum proprium commodum convertentes Fres injuste opprimentes illico eos ab officio deponant 3tio si quis Provincialis legitime non Impeditus visitare Conventum aliquem intra annum neglexerit collecta ejusdem anni ab eodem Conventu ei debita omnino privetur. accepta solum pro Rndissimo Grali et Curia Romana. 4to Ordo correctionis fraternæ tum à Prioribus localibus, tum ab alijs Fratribus servet justa legem Christi Domini in Regula S. P. N. Augustini expressam, videlicet præcedant secretæ admonitiones, deinde aliis demonstrationes, tum demq' denuntiationes ad quos pertinet ne ut hactenus fieri consuevit, dolo astuto nec admoniti, nec secrete correcti in Opinati Fres mulctentur pœnis, nullaq' adhibeat fides illis qui præter missa curatione Fraterna secretos aliorum defectus Superioribus clandestine denunciant, non ex Charitate sed ex odio et malitia. 5to Priores nunquam in eodem Conventu reeligantur ob superficialem aliquam reparationem quæ justa Sacras Ordinis Constitutiones debet esse de novo alicujus Monasterii vel Ecclesiæ Ædifitio aut fabrica magni momenti à Diffinitorio recognoscenda. 6to Capellani Extraneis non nisi ad paucos dies concedantur longiori vero tempore nullatenus in prædictis Capellaniis commorentur, Omnesq' huc usq' in illis commorantes diutiori tempore omino revocentur 7mo Nullus Religiosus Cujuscunq' sit Status et Conditionis etiam prior localis absq' socio extra Conventum exeat, etiam Procurator, cum quo nihilominus exigente necessitate Prior dispensare poterit ut solus exeat hoc tamen non nisi raro fiat. ita enim præscribunt Constitutiones Apostolicæ de reformatione Regularium emanatæ. 8vo Quod si Priores hospites cæteriq' Fres Ordinis nostri in aliquo Conventu Nostro Commorati fuerint ipsi quoq' associati extra conventum exire debebunt, sotium petituri à Priore locali, nec præsumant extra Conventum pernoctare sub pœnis in Sacris Constitutionibus taxatis. 9no Justa Statutum Capituli Generalis Bononiæ novissime celebrati in uno quoq' Conventu per A. R. P. Provincialem in Visitatione constituat tabella horaria quæ nullibi hucusq' est instituta præter Conventum Varsaviensem 10 Silentium ubiq' in quolibet Conventu ut inviolabiliter servetur horis et temporibus à S. Constitutionibus præscriptis, sedulo invigilent Priores locales nec permittant fieri strepitus de die, multo magis de nocte severe castigando violatores, et si in hoc desides reperiantur Priores ipsi quoq' à R. P. Provinciali exemplariter puniantur. 11.

Omnes item

Omnes itam Ordinationes quas Reverendissimus Pr Generalis nuper ad
hanc Provinciam Poloniae direxit et quae jam sunt publicatae per Univer
sam Provinciam in libris quoq singulorum Conventuum inscriptae ut
exacte serventur sedulam adhibebit curam A.R.P. Provincialis 12 Pro
P.A.R.P. Mro Assistente Germaniarum et Poloniae instituit annualis
collecta videlicet viginti scuta Romana uno quoq anno persolvenda, quae
contribuere tenebuntur Conventus majores per florenos duodecem
uti Cracoviensis, Varsaviensis, Brestensis, Ciechanoviensis, Radziecho
viensis, Zaturscensis, Zatescensis, Vitkoviensis, Crasnostaviensis reli
qui minores per florenos polonicales sex. 13 Pater Secretarius Provinciae
non plus exigat pro Collecta sua ab uno quoq conventu quam per florenos
octo. Sequuntur Provisiones Conventuum &c. &c.
In Secretarium Provinciae et Socium A.R.P. Provincialis electus est R.
P. Dyonisius Cichowski. In Diffinitorem Generalem electus est votis sex
decem A.R.P. Anselmus Frankowski in discretum Generalem ele
ctus votis decem R.P. Theodorus Raunacher S.T.B. Tandem supplicamus
Reverendissimo Patri Generali ut primarios Professores Theol Conventuum
Cracoviensis et Varsaviensis. Regentes creare dignetur videlicet R.
Prem Martinianum Grues S.T.B. pro Studio Cracoviensi et R.P. Theo
dorum Raunaher pro Studio Varsaviensi. Ad Gradum vero Baccalau
reatus R.P. Michaelem Nosarzewski promovere non dedignetur. Pro
obtinendo vero Gradu lectoratus in Sa Theologia Recommendantur
sequentes R.P. Norbertus Proskie R.P. Isidorus Minasiewicz R.P.
Joachimus Grabowski R.P. Valerius Borowski R.P. Alipius Grzybowski
R.P. Joannes Kempczynski R.P. Stanislaus Poradowski R.P. Victor Glub
R.P. Josaphat Ceglecski R.P. Lucas Dominski R.P. Dyonisius Cichowski
R.P. Alphonsus Janisz R.P. Ambrosius Woyciechowski R.P. Simon Zar
zecki R.P. Thadaeus Czayka R.P. Marcellus Czarny R.P. Simon Woyniecz
R.P. Aloisius Kupinski R.P. Augustinus Zastawski R.P. Romualdus
Siecaczynski. - - - Locus Capituli proxime celebrandi relinquitur
dispositioni A.R.P.M. Provincialis. - - Haec sunt Reverendis
sime Pater Capituli nostri electiones et acta pro quorum approbatio
ne et confirmatione ad pedes Ptis Vestrae Reverendissimae submisse
provolvimur humillime obsecrantes ut iisdem favoribus et paterni
amoris affectibus quibus semper nos prosequatur Deus optimus Ma
ximus Paternitatem Vestram Reverendissimam Eremiticae Orbi diu
servet incolumem. Fr Anselmus Frankowski Capituli Praesidens mpp
Fr Mr Erasmus Bartott Aug Provincialis electus. Fr Mr Norbertus
Polikowski Provincialis absolutus. Fr Mr Simon Gorski Diffi. Provinciae
Primus Fr Mr Andreas Zawadzki Diffi. 2dus Fr Mr Rochus Sapat
ski Diffinitor Fr Theodorus Raunacher Diffinitor. Fr Benedictus
Danilowski Diffi. Fr Michael Nosarzewski Diff mpp - - - Fr Fran
ciscus Xaverius Vazquez Peruanus S.T. Mr Totius Ordinis Frum
Eremitt S.P.N.A. Prior Generalis. Inspectis retroscriptis actis
capituli Provincialis hoc anno 1769 Celebrati in Provincia Polo
niae Tenore praesentium nostriq muneris auctoritate nec non de
consilio A.A.R.R.P.P. Nobis assistentium omnes actiones decisiones
ac determinationes in actis ipsis insertas et descriptas confir
mamus et approbamus illasq firmas et ratas esse volumus et
mandamus In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti
Datt in Conventu Nostro S.P.N. Augustini de Urbe Die 10 9bris
1769 Fr Franciscus Xaverius Vazquez Generalis. Nostri
muneris assido sigillo (L.S.) Mr Regens Emanuel M. Signore
Ordinis Secretarius. - - - Itaq satagite jam Patres et
Fratres in Christo dilectissimi et mores vestros adea quae acta
distis

audistis componite Postremo annuntiamus vobis quod favente Do
mino et Annuente SSmo Patre nostro Clemente XIV feliciter re:
gnante Decretus est Publicus Beatorum cultus Beato Gregorio
Celli dicto de Verachio Nri S. Ordinis Sacerdoti Professo Ut in Sa
Rituum Congregationis decreto quod in Directorio Anni venturi con
spicietis expressius declaratur Interim bene in Domino valete
Datt in Conventu Nro Leopoliensi Die 20 Februarij 1770 anno

Mr F. Erasmus Bartott
Aug Prior Provincialis

Per

M. g.r Fr Erasmus Bartolt Augustinianus S.ae Th.ae Doctor, per Poloniam et Magnum Ducatum Lithvaniae Prior Provincialis.

Licet jam dudum ad universam hanc nostram Provinciam Literae Rdissimi Patris Mgri totius Ordinis nostri Generalis emanaverint, quoniam tamen ad hujus Conventus notitiam pervenisse non constat, quare easdem literas in hoc Conventu publici juris facere in praesenti nostra Visitatione decrevimus, sunt autem: Fr Franciscus Xaverius Vazquez Peruanus S.ae Th.ae Mgr totius Ordinis Fratrum Eremitarum S. P. Augustini Prior Generalis et Commissarius Apostolicus.
Venerabilibus Nobisq in Christo Dilectis Patribus ac Fratribus Provinciae Polonae nostri ejusdem Ordinis salutem in Domino sempiternam. Licet alias per nostras Epistolas tum Patribus Provincialibus directas, tum Fratribus aliis abusus aliquot, quos in istam nostram Provinciam irrepsisse ad aures nostras pervenerat adhortando, ac monendo eradicare et corrigere curaverimus, magno tamen animi nostri dolore nuper accepimus, non modo nihil nos profecisse, nec speratum correctionis fructum reportasse, quinetiam invectos abusus ita indies augeri, ac legum observantiam ita in deterius prolabi, ut nisi gliscentibus malis promptam medelam afferre satagamus, omnimodam disciplinae Regularis eversionem quamprimum timere debeamus. Quapropter ut nostrae conscientiae coram Deo consulamus, et commissi nobis regiminis partes rite expleamus, primo Patrem Provincialem, Priores, ac Fratres omnes per Iesu Christi Viscera rogamus, atq obsecramus, ut memores rationis, quam coram supremo Judice, tum de legum observantia, tum de adimplemento obligationum, quibus suorum offi-

ciorum

ciorum ratione obstringuntur sunt redituri, ita se gerere curent, ut ex eorum vita et actionibus legitimi S. Parentis Augustini Filii agnosci possint, et promissa Religionis praemia aliquando consequi mereantur. Deinde volumus ac praecipimus ut qui sequuntur abusus omninó tollantur, atq eradicentur. Primo siquidem dolemus Disciplinam Regularem ita intercidisse, ut nullibi silentium observetur, quinimo Fratres usq ad seram noctem cum saecularibus colloquantur. Secundo Quod choro ii solum intersint quibus, et quando id placet, atq ita oscitantèr ut caeremoniarum observantia nullo pacto curetur. Tertio Quod contra Statuta Capituli Zatoscensis Capellani ad libitum dimittantur, longiori tempore extra Conventum permansuri. Quarto Quod sufficiens victus et vestitus Fratribus minime suppeditetur, et licet in aliquibus Conventibus magnae expensae fiant pro re cibaria, Fratribus tamen nec congrua ministrentur alimenta, ubi potissimum evenit in Conventu Cracoviensi, in quo bis in anno Fratribus propinatur vinum ad mensam, quamvis ter mille floreni Polonici annuatim pro vino expendantur. Quinto Quod Priores qui aliis deberent se praebere ceu disciplinae regularis exemplar, inobservantias foveant, cum ipsi choro, et communi mensae fere nunquam intersint. Sexto. Major etiam est Patris Provincialis culpa, qui Visitationem raro peragit, nec Fratrum recursus audit, nec rite onerum missarum adimplementa examinat, eo potissimum quod in Conventu Cracoviensi de reductione missarum illegitimè facta plures conquaerantur. Septimo. Quod si Superiores Fratres suos subditos aliquando corrigere velint, non id ex Paterna charitate ac Zelo disciplinae perficiant, sed ex livore et contentione Fratres maledictis, ac blasphemiis impetrant ac lacessent. etiam in Ecclesia cum saecularium scandalo. Octavo Quod in aliquibus Conventibus carceres sint adeo tetri, atq irregulares, ut ibi Fratres in desperationem inducantur, ita ut aliquando violentas in se manus injiciant. Nono. Tandem ut caetera omittamus facultate a nobis facta Patribus Diffinitorii ut unus aut alter eligi possit in Priorem, adeo iidem Patres sunt abusi, ut Diffinitores omnes in Priores elegerint. Ut autem omnes isti abusus, et enormes legum transgressiones corrigantur. praecipimus ac mandamus, ut quaecunq in nostris sacris Constitutionibus de silentio, de Chori observantia

de Clausura

de Clausura Conventuum, et circa victum ac vestitum Fratrum omnimoda executioni demandentur. Hinc Pr Provincialis suam Visitationem quantocius peragere curet, Fratrum querelas ac recursus audiat, rationem expensarum accipiat, adimplementa onerum Missarum examinet, et videat an reductiones onerum Missarum, quæ in sacrarij tabella adnotantur, rite peracta fuerint juxta indultum concessum. Inobservantes Fratres puniat, Priores in suo officio adimplendo desides corrigat, et quos forte repererit a choro atq ab aliis Observantiis alienos, vel maledictis et contumeliis assuetos, juxta nostras Sacras Constitutiones parte 3 cap 17 num 19 officio privet. Carceres etiam visitet, et quos ad formam a nostris Sacris Constitutionibus par 6 cap 17 num 1. minime constitutos repererit, alteri usui destinet. Omnes tandem vires adhibeat, ut legum observantia in omnibus Conventibus constituatur, et abusus omnes invecti eradicentur. Id etiam addimus, quod si deinceps in aliquo Capitulo Provinciali facultate a nobis forte danda unum vel alterum Diffinitorem in Priorem eligendi, ita Diffinitores abutuntur, ut omnes in Priores eligantur, eorum omnium electionem nullam omnino, atq irritam declarabimus. Confidimus in Domino quod hæ præsentes nostræ Paternæ adhortationes sufficere valeant ad Provinciæ reformationem. Ceterum si et hasce affectu vacuas fore intellexerimus, fortiora atq acerbiora remedia contra delinquentes capessere opus erit, quod per nostros Visitatores præstare non omittemus. Præcipimus autem in virtute Sæ Obedientiæ ut hæ præsentes literæ in omnibus istiusce Provinciæ Conventibus publicentur, ac in singulorum Conventuum Regestris adnotentur, deq ipsarum publicatione autenticum Testimonium ad nos transmittatur. Bene in Domino valete. Datum in Conventu nostro S. P. Augustini de Urbe die 16 Martij Anno 1768

Fr Franciscus Xaverius Vazquez Glis. L. S. Nri mun. aff. sigl.
Mag Reg. d Emanuel M Pignorse Ord. Secret. Reg. lib 15. Itaq Patres et Fratres hujus Conventus nostri Codnensis in Christo Dilectissimi memores estote vocationis vestræ, ad normam suprafatarum Literarum Rndissimi Patris mores vestros componite.

silentium

silentium servate, choro, et aliis Divinis Officiis justa tabel
lam horariam à nobis in praesenti Visitatione institutam
sine intermissione vacate. R. Pr. Hieronymus Sadzikowski
hujus loci Superior Clausuram Monasterii quantocius fieri,
et postes oppositas ab utroq latere Monasterii perpetuo
occludi curabit. Unica tantum janua, quae est in facie mo
nasterii, manebit aperta de die, qua tamen de nocte clau
di omnino debet. Custodia Conventus injungitur Fratri
Thomae Nasierowski, hic portam Conventus semper te
neat clausam, ne cuiq volenti pro arbitrio ingressus ad
Claustrum pateat, sed eis tantum quos ipsius discretio
ingressuros judicaverit; quapropter non debet vagari per
domum, sed ibi continue residere, nisi forte ex rationabili
causa alio declinare oporteret; si vero non habuerit soci
um sui loco relinquendum, sic ostium claudat ut nullus
intrare, aut exire possit, priusquam ipse revertatur. Stri
cte prohibemus, ne aliquis frater, Praelatus vel Subditus,
mulierem cujuscunq status, gradus, ordinis, conditionisve, sit.
quacumq etiam dignitate ac praeeminentia praeditam, etiam Comi
tissam, Marchionissam, aut Ducissam intra Monasterium
introducere vel admittere praesumat, sub privationis officio
rum, quae tunc temporis obtinebunt, et inhabilitatis impo
sterum ad illa, et alia omnia, ac suspensionis a Divinis ipso
facto sine alia declaratione paenis incurrendis. Nihilominus as
signamus Foristerium, quod est in ipso aditu inter primam
et secundam portam claustri ad recipiendos ibi Hospites cujuscunq
sexus saeculares. Portam Conventus aperiat Ostiarius seu
Janitor de die, sero autem parum post signum Ave Maria
omnino claudat, neq enim transacta luce diei saeculares in Mona
sterio nec Fratres extra reperiri volumus, nisi forte de mandato
Prioris in domo alicujus in extremo laborantis pernoctare con
tigerit. Claves Monasterij singulis noctibus tradantur. Priori,
qui si monasterij clausuram neglexerit, a nobis in secunda
Visitatione officio suo deesse omnino judicabitur. Capellam Con

gregi

gioni tempore extra Conventum permansuri favore quorumcunque Magnatum aut Praelatorum Ecclesiasticorum nullatenus dimittantur. Patri Sigismundo Annone, et Fr. Thoma Nasiyowski sufficiens victus ac vestitus omnino suppeditetur, nec ipsi dentur pecuniae ad manus vel pannus, sed vestes factae prout opus fuerit. Ingressus cellarum nemini permittitur. Quicunque Frater cellam alterius intraverit sine licentia Prioris expressa, quam non nisi pro rationabili causa dabit, si de die intraverit, ter in terra sedens in medio Refectorii pane et aqua reficiatur: de nocte vero intrans praedictam poenam sustineat duplicatam, et si quis saepius de hoc notatus atque convictus fuerit, tanquam inobediens severe puniatur. Eodem modo puniatur ille, cujus est cella, nisi immediate de illa exiisset. Haec sunt Patres et Fratres in Christo Dilectissimi, quae vobis stricte commendamus. Bene in Domino valete, Dedimus Codnae 2 Februarij Anno 1770. Sub tempus primae Visitationis.

Nostri muneris affixo sigil. Fr Dionysius Cichowski Augus. S.T.L. Prov. Secretarius

Mr Fr Erasmus Bartolt Aug. S.T.Dr. Prior Provincialis mpp

Visitatio 2da Conventus Codnensis

Mgr. Fr. Erasmus Bartolt Augustinianus, Sae Thae Doctor, per Poloniam, & Magnum Ducatum Litt. Prior Provincialis.

In Secunda Conventus Codnensis Visitatione nostra, sicuti plurimum in Domino commendamus, solertiam Rndi Patris Prioris praesentanei in administratione sua, ita confidimus fore, ut in dies depravata corrigat,

desolata

dessolata restauret: verumtamen omnibus Patribus & Fratribus hujus Conventus nostri nemine excepto, praecipimus, ut solertes se exhibeant in administranda animarum Cura, Confessionibus excipiendis, & in promovendo Sanctissimi hujus Conventus communi bono, nihil inde sperantes. Quod attinet restaurationem Conventus istius, Rndo Patri Priori commendamus, quatenus primo vere fossam Circularem perfici procuret, in cujus meditullio in ipso aditu Claustri majorem portam aedificari satagat vectibus bene munitam; intra quam cubicula pro hospitibus recipiendis fieri, & Campanae desuper possint commode locari. Insuper curitorium claustri pro Commodo Fratrum protrahet usq ad Sacellum Ecclesiae. Adesunt Patres & Fratres in Christo Dilectissimi, quorum vindem observantiam vobis commendamus. In quorum fidem manum propriam apponimus. Dedimus Praesentes Ordinationes Nostras, Die 11. January, Anno Domini 1771.

Mr Fr Erasmus Bartolt Aug Prior Provincialis mpp

Nostri muneris appenso sigillo,
Fr Hilarion Rytlowski Aug.
Pro Secret. mp

Mgr Fr Erasmus Bartolt Augustinianus Sae Tae Doctor, per Poloniam et M. D. Lithvaniae Prior Provincialis

Quadriennale totius Provinciae Augustinensis Polonae regimen humeris nostris impositum, dum prope suum attingit medium, monemur a Sacris Constitutionibus par: 3. cap: 12. de indicenda Congregatione Intermedia, ast quia providi super eodem Sacrarum Constitutionum Articulo Dispensationem Romanam accepimus, Ideirco vobis Ptes et Fres in Xto Dilectissimi eandem notam facere impraesentiarum proposuimus in tenore sequenti:

8

Fr Franciscus Xaverius Vazquez Peruanus, Sae Thae Mgr totius Ordinis Frum Eremitt S. P. Augustini Prior Generalis.

Cum supplicatum nobis fuerit, quatenus super celebratione Congregationis Intermediae in Nostra Provincia Poloniae proxime habendae dispensare dignaremur, Nos justis de causis hujusmodi supplicationibus annuendum esse censuimus: quapropter tenore praesentium Nostriq muneris auctoritate, necnon de Consilio Adm RR. PP. nobis Assistentium super celebratione laudatae Congregationis Intermediae pro hac vice tantum dispensamus, et Rndo Pri Provinciali ejusdem Provinciae Poloniae facultatem impertimur. Provisiones, electiones, ac Dispositiones, faciendi, quae in praedicta Congregatione Intermedia, de jure essent faciendae. Datt in Conventu Nostro S. P. Augustini de Urbe d 3 10bris 1770 Fr Franciscus Xaverius Vazquez Gnlis (L.S.) Nostri muneris affixo sigillo, Mr Regens Frl Emanuel Maria Lignore Ordinis Secretarius. Item denunciamus vobis, Confirmato sub Die 12 7bris 1769 a Sacra Rituum Congregatione duarum Monialium Ordis Nri cultu ab immemorabili tempore, Beatificationem à Clemente XIV feliciter regnante Pontifice Romano peractam, nimirum Beatae Catharinae à Pallantia, et B. Julianae à Busto. Tandem ne Fres Nri quibuscum vivimus memoria excidant indicem eorum attexmus. R. P. Clemens Holikowski S. T. L. in Hungaria 7bris 1769 V. P. Valentinus Rawicki Varsaviae 19 Decel 1769 V. P. Felix Skorulski Vilnae 29. 9bris 1769 V. P. Albertus Kański Vitceviae 20 Martii 1770. V. P. Antonius Petrykowski Vilnae 31 Martij 1770 Adm Rndus P. Adrianus Kieller S. T. B. Vilnae 3 Aprilis 1770 V. P. Gabriel Arciszewski Pilznae 3 Aprilis 1770 Adm Rndus P. Possidius Morello S. T. B. Prior Crasnostaviensis ibidem 9 Maji 1770 R. P. Hieronymus Sadzikowski Prior Codenl ibidem 10 Junij 1770 R. P. Isaias Borer Gawłowski S. T. L. Pilznae 18 July 1770 R. P. Andreas Olkowski Crasnostaviae R. P. Paulus Bucholtz Orchoviae V. P. Alexander Jassiki Radzichoviae R. P. Richardus Wilosławski Leopoli: Fr Thomas Jadomski Quaestuarius 16 Janu 1771, Fr Nicolaus Węzgietto Ravae. Confratres et Consorores M. D. Josephus Sokołowski Pincerna Trebovlensis, G. D. Michael Bireniewski. Ma Dna de Weglinskie Wyżdżyna. Ma Dna Anna Tarnawiecka, M. D. Franciscus Żukowicz. Rndus D. Laurentius Czulski Mi Dni Adalbertus et Anna Wyszyńscy Ga Dna Francisca Burzyńska. Mi Dni Andreas et Anna de Koźmian Regentes Crasnost. M. Dna Anna Dąbska Ma Dna Catharina Wyszutkowska Illustrissimus Rndissimus Dnus Dnus Antonius Erasmus Wołłowicz Eppus Luceoriensis et Brestensis, Decanus Varsaviensis S. R. M. Cancellarius Spectabilis, Dnus Gaspar Knot. Memores itaq estote Fres et Fres in Christo

Dilectissimi

Dilectissimi Confratrum vestrorum. Memores Reverendissimi pro innumeris beneficiis in Provinciam Nostram collatis, me morer deniq nostri. Deum exorate, ut qui cum Dispositione Reverendissimi omnium provisionum, electionum, ac dispositionum, quae in Congregatione Intermedia de jure essent faciendae Provinciam assumimus. Numine regamur Divino. Dedimus Praesentes In Conventu Nro Varsaviensi Die 3 Aprilis 1771 In quorum fidem manum propriam apponimus

Mr Fr Erasmus Bartolt
Aug Provincialis

Mr Fr Erasmus Bartolt Augustinianus S. T. Doctor per Poloniam et M. D. Lithvaniae Prior Provincialis

In tertia Visitatione nostra quanquam Regis et Reipublicae exercitui omne servitium Spirituale in hoc Conventu per Fratres Nostros praestari volumus, nihilominus ad vitam religiosam recolligendam, seu repetendam identidem Fratres e Capellania revocandos aut permutandos intra annum omnino praecipimus. 2do Ad postulata R. P. Stanislai Poradowski eundem ab Officio Concionatoris hujus Ecclesiae absolvimus. 3tio Sermones ad Populum fidelem faciet R. P. Hieronymus Guzowski S. T. B. Dedimus praesentes Ordinationes nostras die 27 Januarii anno 1772.

Mr Fr Erasmus Bartolt
Aug Provincialis mp

X. Magister Erasm Bartolt Augustynian Swietey Teologi Doktor Polski y Litewski Prowincyał

Sieszka pomiędzy wałem y parkanem Klasztornym od folwarku na cmentarz z dyspozycyi Brata Augustyna Gurnickiego zostawiona przeciwko Przełożonego woli, aby tegoż Brata Augustyna expensem zniesiona była, y wał do parkanu przytknięty, surowo przykazujemy. Nado się własną ręką podpisujemy Działo się w Klasztorze Kodeńskim Dnia 27 Stycznia 1772.

X. Mr Erasm Bartolt Aug
Prowincyał mp

Fr. Franciscus Xaverius Vazquez Peruanus S. Thlogiae Mgr, totius Ordinis Fratrum Erem: S. P. Augustini Prior Generalis

Vnbus Nobisq in Christo dilectis Patribus ac Fribus Provinciae Nostrae Poloniae Salutem in Dno Sempiternam

Quamvis a Nobis statutum fuerit Nostro Decreto sub die prima Decembris 1758 ne in ista Provincia Poloniae ac Lithvaniae Magistrorum, ac Baccalaureorum numerus ultra denarium augeretur, nunc tamen ad Aures nostras pervenit, Baccalaureos adeo ultra modum excrevisse, ut pene triginta numerentur, et multi ex ijs omni merito carentes, atq ijs Conditionibus destituti, quas ad Baccalaureatus gradum obtinendum Nostrae Sacrae Constitutiones, atq istius Provinciae consvetudo exposcunt: quod sane maximum detrimentum afferre dignoscitur, dum enim honoris gradus sine delectu, ac immerentibus tribuentur, omnis labor ad eosdem promerendos intercidat necesse erit. Qua propter ut huisce gravibus abusibus occurramus praesentis Decreti tenore, Nostriq Mris Auctoritate praecipimus, ac Mandamus, ut decem duntaxat ex jis, qui Baccalaureor Nomine insigniuntur, Baccalaureorum honoribus, ac Privilegijs gaudere debere videlicet Prs Fres Augustinus Stankiewicz, Ludovicus Leszczynski, Laurentius Schneyder, Josephus Malachowicz, Michael Mesnerus, Dionysius Beggatis, Theodorus Raunacher, Benedictus Zareba, Martinus Gruss, et Henricus Taborowicz. Ceteri autem ultra Nuper praescriptum denarium numerum, non alijs Privilegijs gaudeant, nisi Lectorum, donec decursu temporis mereantur intra denarium Baccalaureorum numerum cooptari. Praecipimus autem Omnibus Nobis inferioribus in virtute S. Obedientiae ac sub poenis in Nostris Sacris Constitutionibus contra inobedientes taxatis, ne ullus huic Nostro Decreto audeat contraire, quin etiam volumus ut ad ipsius executionem manus praebeant adjutrices

Datum in Conventu Nro S. P. Augustini de Vrbe die 21 Maij 1771

Fr. Franciscus Xav. Vazquez Gralis (L.S.) Nri Mris Officio Sigillo

Mgr Regens Fr. Emanuel M. Pignone Ord. Secretarius Reg. libr. 18

Anno 1772 Promulgatum Capitulariter in Conventu Nro Codnensi Die 19 Augusti In cujus rei fidem propriam manum appono

Fr. Thomas Berent
Aug. Sae Thae Lector
V. Prior Codnensis
mp



Visitatio 4ta Conv^tus Codnensis

Mgr^{anus} Fr Erasmus Bartolt Augustinianus Sæ Thæ Doctor, per Poloniam et M. D. Lithvaniæ Prior Provincialis

In quarta Visitatione Conventus N^ri Codnensis 1mo Omnibus Pribus et Fribus Nostris interdicimus, ne Arma jacularia sive Sclopos retineant. 2do Materiam de ligno in Cœmeterio Ecclesiæ N^ræ locatam, et a felicis memoriæ Mfco Dno Komorowski Exercituum Regni Præfecto pro Ædificijs Conventualibus paratam, quantocyus alicui ædificio Conventuali applicari volumus, atq praecipimus. 3tio Donec de Concionatore huic Ecclesiæ N^ræ providerimus Rdus Pr Stanislaus Poradowski Sæ Thæ Lor munus Concionatoris supplebit. Dedimus 19 Augusti 1772 Sub tempus Quartæ Visitationis Nostræ. M^r Fr Erasmus Bartolt Aug Provincialis mpp

Mgr^{anus} Fr Erasmus Bartolt Augustinianus Sæ Thæ Doctor, per Poloniam et M. D. Lithvaniæ Prior Provincialis

Fr Reverende Pater Hieronyme Guzowski salutem. Frequens cum ijsdem mulieribus ideoq suspecta Conversatio ubivis locorum Lublini, Varsaviæ, Ciechanoviæ, Vilnæ, jam Narodicijs jam te Condemnavit; de recenti Condemnat te, quæ cum Scandalo Sæcularium cum ijsdem Mulieribus Corestissoviæ patrasti, et Codnæ uti ex Depositionibus Patrum Constitit Nobis: præterquam quod Arma jaculatoria apud se habere, ijsdemq cum periculo Fratrum intra Claustrum uti: uti et Coopertorio ex Serico contra Sacras Constitutiones par 2a Cap 7mo quare ut Obliteremus infamiam quam apud Sæculares incurristi, et Claustro N^ro Codnensi intulisti, ad tenorem Sacrarum Constitutionum par: 3tia Cap 13 Amovemus te ex Conventu N^ro Codnensi, et Armis jaculatorijs privamus, nec non pro Recollectionibus dierum decem in Conventu N^ro Vitcoviensi Absolvendis Sententiamus, et ne de cætero præmissis utaris Interdicimus. Lata et lecta fuit hæc Sententia Codnæ Die 19 Augusti 1772 Sub tempus Quartæ Visitationis Nostræ.

M^r Fr Erasmus Bartolt Aug Provincialis mpp

10

Mgr Fr Erasmus Bertott Augustinianus, Poloniae et M. D. Lit. Prior Provincialis.

Transgressiones legum et consvetudines pravae ne contrariis legibg compesceantur, actum est de legibg; huic malo occurrens Rndmg Pr Fr Franciscus Xaverius Vasquez totig Ord. Nostri Prior Gnalis praevile ad Nos mandata sua transmittit, de quibg monitis Vos Proset Fris in Xto Dilectissimi in praesentiarum voluimg, sunt autem ejusmodi

Fr Franciscus Xaverius Vasquez Peruanus Sae Thae Mgr Fo- tig Ord. Frum Eremitar S. P. N. Augustini Prior Generalis Venerabili Nobisq in Xto Dilecto Patri Provinciali Provinciae Nostrae Poloniae Salutem in Domino Sempiternam

Recepimus a certa relatione damnabilem abusum invaluisse in aliquibg istig Provinciae Nostrae Conventibg ministrandi caenam Religiosis singulis Feriis Tertiis, et Quintis Quadragesimae, sicut etiam in vigiliis Pentecostes, et Quatuortemporibg infra ejusdem Octavam. Quare Nos ejuj hujusmodi abusum Praecepto Ecclesiae contrarium abrupere volentes, tenore praesentium Nostri Muneris Authoritate volumus et mandamg ut in praedictis diebg atq in omnibg vigiliis de praecepto, ac in quatuor Anni temporibg exacte ac rigorose servetur jejunium ab Ecclesia praescriptum, summendo ad summum parvam refectiunculam ab eadem Ecclesia toleratam. Praecipimg autem in virtute sanctae Obedientiae Patri Provinciali pro tempore, ut in Sancta Visitatione diligenter inquirat, num fuerint vel sint aliqui delinquentes, et si quos forte reperierit, in eos rigorose animadvertat, sed praesertim in Superiores, qui hujusce Nostri Decreti Observantiam neglexerunt. Datt in Conventu Nostro S. P. Augustini de Urbe die 22 Augusti 1772

Fr Franciscus Xaverig Vasquez Gnalis

Nostri muneris affixo sigillo

Mgr Fr Joannes Sertorius
Ord Secretarg

(L. S.)

Reg. Lib 20

Fr Franciscus Xaverius Vazquez Peruanus Sæ Thæ Magister Totiq Ordis Frum Eremitar S. P. N. Augustini Prior Generalis.

Venerabilibq Nobisq in Xto dilectis Patribq ac Fratribq Provinciæ Nostræ Poloniæ Salutem in Dño sempiternam

Præcipuâ urgemur curâ, ac Pastorali sollicitudine monemur, ut Religiosorum Nostrorum dirigentes statum, Provincias, quibq præsentes adesse non possumq, Virorum spectatæ probitatis, prudentiæ atq doctrinæ ope juvemus, ut quæ ad regularis displinæ observantiam spectant, reparationem percipiant, vel incrementum. Hæc autem Pastoralis Nostra sollicitudo tunc fortius stimulatur quoties Nobis innotescunt mala, quæ malorum incentore satagente infirmitas humana patitur usq ad regularis observantiæ notabile detrimentum. Cum igitur notum sit Nobis in ista Nostra Provincia Poloniæ aliqua irrepsisse mala, quæ etiam inter sæculares, quos verbô et exemplô ædificare tenemur, scandalum generaverint. Ideo Nos eisdem quantum possumq obiam ire cupientes, tenore præsentium Nostriq muneris Authoritate nec non de consilio Adm Rndor Patrum Nobis Assistentium, Rndum Patrem Magistrum Frem Antonium Gezdinski Provinciæ Bohemiæ, de cujus zelo, prudentia, atq in rebus agendis dexteritate plurimum in Dño confidimq, in Visitatorem Generalem præmemoratæ Nostræ Provinciæ Poloniæ instituimq et præficimq, ac ita institutum et præfectum esse et haberi volumq In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Eidem concedentes omnes facultates necessarias et opportunas, ut quæ in Divino cultu, ac morum disciplina à Sacrar Constitutionum Ords Nostri Regula aberrare didicerit, providâ curâ corrigat, et reformet. Ut omnia, quæ ad Religiosorum pacem, et moderationem pertinent, juxta easdem Ordinis Constitutiones decernat, componat, ac statuat: ut de methodo in Scholis Nostris servata, studiorumq progressu specialissima indagine consciq factus, ea quæ à decretis Nostris, et à præmemoratis Constitutionibq Ordinis discrepasse invenerit, ad normam præscriptam redigat, ut tandem temporalium omnium, et singulorum Conventuum statum et administrationem à tribus anteactis Capitulis Provincialibq incipiendo recognoscat, computa relegat, et super bona, redituse quæ conservandi, tractandi, ac dispensandi cura diligenter perquirat, cunctis consulendo, prout æquitas, publicum bonum, rerumq ipsar conditio exegerint, processusq conficiat, usq ad diffinitivam sententiam, ac tandem omnia tam juris, quam facti opportuna remedia executioni mandet, etiam invocato (si opus fuerit)

brachii saecularis auxilio. Eidem praeterea omnem tam in Spiritualib[us] quàm in temporalib[us] Authoritatem et potestatem, quam caeteri Nostri Visitatores Grales habere et exercere consueverunt, concedim[us] potestatem denique eidem facientes Religiosum probum, sibi bene visum in socium assumendi, qui scribae munus exercere valeat. Praecipimus tandem omnib[us] ac singulis Patrib[us] et Frib[us] praedictae nostrae Provinciae Poloniae cujuscunq[ue] gradus, Conditionis, ac dignitatis existentib[us] in virtute Sanctae Obedientiae, et sub poena contra inobedientes à Constitutionib[us] Nostris taxata, aliisq[ue] arbitrio nostro reservatis poenis, ut praenominatum Patrem Magistrum Frem Antonium Gezdinski tamquam Visitatorem Generalem à Nobis deputatum recognoscant, eiq[ue] reverentiam et Obedientiam exhibeant, quam Nobis ipsis si praesentes essemus exhibere tenerentur. Datum in Conventu Nostro S. P. N. Augustini de Urbe die 27 Xbris 1771 Aõ.

11

Fr Franciscus Xaverius Vazquez Gralis mp

(L.S.)

Sequuntur Decreta Particularia pro Conventu Codnens Eet Adm Rndi Patris Magistri Visitatoris Generalis

1mo Quoniam status Nostri Religiosi obligatio in hoc principaliter fundatur, ut Deo tanquam Supremo Dño debitum Religionis cultum exhibeamus, ea de causa insistentes Sacris Constitutionib[us] Nostris parte 1 cap. 1. praecipimus ac stricte mandamus, ut Divinum Officium tum ac Horas, quod in Choro, summa cum devotione distincte cum debita servata pausa, et nullatenus de propere cum syncopatione syllabarum, attenteq[ue] ab omnib[us], qui ad Chorum obligantur, in Ecclesia celebretur, et ut decet, exolatur sanctissime. Ut verò in hac Provincia in horis Canonicis persolvendis laudabilis uniformitas temporis introducatur, ac vituperabili difformitati ferme in plerisq[ue] Conventib[us] obviet[ur], opportunè statuimus, ut in futuris perpetuis temporib[us] observari volumus, ut quotidie de manè per totum Annum fratres punctualiter excitentur media quinta, tandem brevi ante quintam, et non post, detur signum terno ductu campanulae, ut horâ quintâ, jam omnib[us] in choro congregatis, mox incipiat perlegi idiomate Latino meditatio, quae duret integro quadrante, tandem incipiant horae, nempe: Prima, tertia, sexta, et Nona, in futurum sub poena depositionis Prioris

Strictissimè demandamus, ut semper Chorus in hoc Conventu Codnensi ad minus in rationabili absentia aliorum, à tribus (prout exigunt Sacri Canones) persolvatur. Missæ Sacrificia Ordine, et tempore debito, exeant, ut advenientibus ad Ecclesiam pro auditione Missæ satisfiat, ipsa verò Ecclesia, tum etiam Altaria, et Sacra paramenta munda appareant, super quod nedum Venerabili Priori, sed etiam Patri Sacristæ conscientiosa incumbit attentio, scriptum est enim: Domum Dei decet sanctitudo: non verò sordities, et nullatenus toleranda abominatio.

2do Mensæ regularis punctualiter accedatur horâ undecimâ, et servetur strictum silentium, nisi quandoque Superior, verò tamen super modesta collocutione dispensaverit. Sub prandio secundum ordinem hebdomadariatus legatur Diebus Dominicis, Festis, item Martis, et Jovis aliquid de Scriptura Sacra, diebus verò Lunæ ac Mercurii è Theologia morali latinè ob commodum ac utilitatem Patrum Confessariorum, die Veneris singulis septimanis, Sacra Regula tota, juxta præscriptum Sancti Patris: semel in septimana vobis legatur. Sabbatho alternatim legantur Sacræ Constitutiones, et hæc ipsa nostra Decreta; ad noctem verò sub cœna legatur pius liber Polonicus, ut ~~Fr~~ Fratres Laici pariter fructum lectionis audiant, et observent.

3tio Horâ secundâ imposterum (nullo hunc ordinem immutare præsumente) absolvantur in Choro Vesperæ cum Completorio, Horâ autem quintâ ad vesperam punctualiter anticipetur pro crastino (juxta concessionem privilegiorum) Matutinum cum laudibus, ad quod horâ quintâ pulsetur ordinaria campana in turri, non obstante quid dicant homines, qui potius observantiam laudabunt dum causam audient. Post Laudes fiat immediatè per horæ quadrantem Latinæ Meditationis prælectio, desuper dicatur consueta Oratio Serotina; qua finita accedatur cœna religiosa, et hic ordo adeo exactè observandus præcipitur, ut si eum quis Venerabilium Priorum, aut immutare, aut non exactissimè observari fecerit, sciat se Prioratus Officio privandum, quando in aliquo horum convictus fuerit.

4to Quemadmodum Sacræ Constitutiones parte 3. cap. 22 demandant, super quod etiam Rndissimus Pater Magister Generalis specialissimè reflectit, ut in unoquoque Conventu Nostro eligantur duo Depositarii in Conventu hocce Codnensi eligantur.

5to Honor debitus ac obedientia exhibeatur Venerabili Priori, ille verò in causis Conventus non vereatur consulere Patres Depositarios

rios, sine quorum notitia nullæ majoris momenti expensæ fiant, et singulis mensibus ab iisdem libri expensæ ac perceptæ diligenter relegantur, et subscribantur. 12

6to Cum Venerabilis Pater Aloysius à nobis supplicaverit absolvi ab officio Concionatoris, cujus petitioni libenter annueremus, si longius tempus esset usque ad Capitulum Provinciale, et mutationem ad alium Conventum non arbitraremur esse cum novis expensis Conventuum, imo cum ipsius quadam prostitutione, quod adeo frequenter mutari de loco ad locum à Superioribus postulet, quod si tamen in veritate agnosceretur Concionibus valde prægravari, poterit in hoc puncto juxta arbitrium Venerabilis Prioris per hoc paucum tempus usque ad Capitulum subinde adjuvari à Patre Stanislao.

Demum singulariter recommendamus omnibus et singulis mutuam veram et non fictam charitatem fraternam. Ut autem hæc tam necessaria, quam salutaria nostra Decreta inviolabiter, ac Sacro-Sancte observentur, strictissimè demandamus, usque dum sub finem præsentis nostræ Generalis Visitationis Universalia Decreta pro hac tota Alma Provincia emanari, favente Domino, fecerimus, horum particularium pariter confirmativa; Dabamus Die 6ta Mensis Januarii Annô Domini 1773.

Mgr. Fr. Antonius Jezdinski, Bôemus,
Visitator, et Vicarius Generalis Poloniarum,
et M. Duc: Lithvaniæ
mpria

Fr Fortunatus Woraczek Secretarius Visitatoris

Annotatur Processus pro futuro Capitulo Provinciali

Mgr Fr Erasmus Bartott Augustinianus Sae Thae Doctor,
per Poloniam et M.D. Lithvaniae Prior Provincialis.

Max ad finem vergente quarto Anni curriculo, ut tandem onus gra-
vissimum imbecillitati Nostrae impositum in manus altissimas mi-
hi quidem reponere, alteri vero quid valeant humeri quid ferre recu-
sent, liceat experiri, praesentium tenore nostriq muneris Authorita-
te certiores facimq omnes Patres Diffinitores, Priores, ac Vicarios legiti-
me institutos Provinciae Nostrae, qualiter ad mentem literarum
Rndissimi Patris Nostri Fris Francisci Xaverii Vazquez Sae Thae
Magistri totiq Ordinis Generalis de data Romae die 16 Maji 1761.
celebrandum erit Capitulum Provinciale in Conventu Nostro Varsa-
viensi de Mense Junio Anni currentis, et quidem die quinta, seu in
Vigilia Smae Trinitatis, prout diffinitum fuit in Capitulo privato
ibidem die 30 Martii ejusdem Anni celebrato. Itaq ad Capitulum
istud Provinciale omnes Praefatos Patres per has literas convocamq,
et congregari mandamq, quatenq Feria Quinta immediate praece-
denti, praefatam Capituli Provincialis diem, et non antea, omnino
conveniant, in praedicto Nostro Conventu Varsaviensi, ut omnibq Ele-
ctionibq in eo peragendis interesse valeant. Compareant vero in loco
Capitulari togati, et bene ad expensas Capitulares faciendas provi-
si. Statum Suorum Conventuum, in quo relinquuntur adamussim
conscriptum, Registra redituum et expensarum, nec non Missarum
tam fundationis perpetuae quam temporalium persolutarum, vel
non persolutarum. Item Cathalogum tam Fratrum in suis respe-
ctive Conventibq commorantium, et Vita functorum, quam Confra-
trum et Benefactorum vivorum et mortuorum. Deinde testimonia
manu propria Patrum Conventus sui roborata super communellis
et mercedibq famulis Conventualibq persolutis. Insuper residuita-
tem Cassae Provinciae et Collectarum pro Anno quarto secum com-
portent, omnia sub poenis in Capitulo Provinciali futuro a Vene-
rabili Diffinitorio certo extendendis. Alios vero quoscunq Patres, quibq
jus competit suffragandi ut eodem accedere non dedignentur in Dno
hortamur atq monemus. Praecimus tamen in Virtute Sanctae Obedien-
tiae et sub Poenis in Nostris Sacris Constitutionibq 3tia parte cap. 9
Nro 3tio. ne ullus Religiosus praeter praefatos Patres jure suffragandi
fruentes absq expressa licentia a Nobis specialiter in scriptis concessa
ad locum praedicti Capituli Provincialis toto tempore durationis ejus
accedere ullo modo audeat, excipimq nihilominq Venerabiles Patres:
Adalbertum Kociersynski, Seraphinum Makocki et Ludovicum Kra-
jewski Sae Thae Lectores, quorum primus Orationem Electoralem Alter

Funebralem, tertius sermonem de tempore in Festo SSmae Trinitatis sub tempus Capituli perorabunt. Item praecipimus quatenus in singulis Conventibus Provinciae Nostrae eadem Capitulari Die nempe in Vigilia SSmae Trinitatis loco Primariae Missa de Spiritu S. solemniter cantetur sine Credo cum duabus Collectis una B. Virginis, alia S. P. Augustini, et deinde per octo dies continuos ubique in Missa Conventuali et in Missis privatis addatur Collecta Omnipotens Sempiterne DEus qui facis &c. post Laudes vero et Vesperas flexis genibus dicetur Psalmus: Ad te levavi &c. Gloria Patri ac Kyrie &c. Pater Noster. Et ne nos &c. Salvos fac &c. Mitte eis Dne &c. Nihil proficiat &c. Dne exaudi &c. Dominus vobiscum &c. Oremus. Omnipotens Sempiterne Deus, qui facis &c. Datum in Conventu Affiliationis Nostrae Varsaviensi Die 30 Martii Anno 1773.

Mgr Fr Erasmus Berdolt Aug.
Provincialis mp

Processus Ex^m Adm Rev^{di} Patris M^{gri} Simonis Gerski Sert. The. Do
ctoris Provincialis per Poloniam et magnum Ducatum Lith. post
Capitulum Provinciale Varsaviæ Celebratum Datus.

Mgr Frater Simon Gerski S^a Th^æ Doctor Ord^{is} Er^m Fr^{um} Sancti
Patris Augustini per utramq Poloniam et Magnum Ducatum Lith.
Prior Provincialis.

Venerabilibus in Christo Dilectis Istius Provinciæ Nostræ Polonæ Patri
bus ac Fratribus Salutem in Domino.

Non Nostri Ingenij, non exquisita hominum industria ad Provincialatus
Fastigium de Secundo assumpti sumus, sed sic prædestinante ac
disponente mirabiliter Providentia Divina, imo præter spem
via non Omnium ad hocce Onus promulgati sumus, ut Provinciæ
Augmentum, Conventuum utilitas, debita, recta, et Justicialis
assurgat administratio: Sed insuper de Condigno indicavimus Vobis
denuntiare approbationem Indissioni Patris Generalis Omnium
punctorum, quæ per venerabile Diffinitorium in Capitulo Provinci
ali nuper Varsaviæ Celebrato Statuta fuere. Primo. Ante Omnia
Nobis in Sua Regula Suavonus Legislator ac Pater Noster Augustinus
demandat ut diligamus Deum, Dilectionem autem hujusmodi
nos habere comprobamus si mandata Dei custodiamus et illum tanquam
Supremum Dominum Cultu debito Colamus, ea de Causa in istan
tes Sacris Constitutionibus Nostris per. 1 Cap. 1 præcipimus Omnibus
et Singulis qui ad Officium Divinum obligantur, ut illud horis ac tem
poribus per hanc Provinciam Conformiter in Singulis Conventibus
a Patre Visitatore Generali præscriptis summa Cum veneratione distin
cte attente et devote quotidie celebretur, et ut decet excolatur
Sanctissime Servata Forma Breviarij et Missalis Romani Pij V et
subsequentium Summorum Pontificum jussionibus editi. Secundo
Quoniam mox in Contextu Ejusdem S^{tæ} Regulæ Nobis præcipitur
charitas proximi, ea propter veram et non falsam Charitatem
erga proximos singulariter vero erga Confratres ejusdem Instituti
verbo et opere exercere satagamus, Attendentes super Omnia Divi
Apostoli quia Charitas patiens est, non emulatur, non agit per
peram, non quærit quæ Sua Sunt, non inflatur &c. Tandem. Tertio
cum Omnis potestas a Deo sit, qui resistit potestati Superiori, Dei
Ordinationi resistit. Igitur Mandamus, ut juxta tenorem pariter
S. Regulæ Præpositis /: quos nunc Priores vocamus :/ magis vero Pra
sbyteris qui nunc Provincialis accedit ac Omnium Vestrum Curam
gerit, debitam obedientiam Subordinationem ac honorem exhi
beatis, nulla tenus vero aut verbo, vel Scripto contra eosdem Ve
stros Superiores consurgere præsumatis, prout non raro pessimis
tamen in hacce Provincia exemplis Comprobatum reperimus.

Si quis igitur quocunq ausu contra Superiorem suum protervus aut rebellis inventus fuerit, aut falsas Criminationes imposturas et reliqua huiusmodi sive Romam ad Reverendissimum Patrem, sive etiam ad Sacram Nunciaturam postposito Ordine recursus praescripti praesumpserit, aut quod pejus est, si quis Capita factionum per Conspirationes conjurationes Convicti fuerint, Contra hujusmodi priores juxta Sacras 14
Nostras Constitutiones, Contra seculares vero juxta Cap. 11 p. 655 Constitutionum stricte procedatur. Pariter Quarto Superiores se bonorum operum exempla praebeant Corripiant inquietos, Consolentur pusillanimes, patientes sint ad Omnes Subditis suis pro possibilitate Conventuum de honestate victus ac Religiosi amictus provideant, qua de Causa Statuit venerabile Diffinitorium ut RR. PP. Prioribus Magistris Annue dentur 144 floreni Graduatis inter quos adnumerentur pariter Baccalaurei actuales denuo, Supprioribus ac Patribus Lectoribus qui Actu tradunt item Concionatoribus Annue tribuantur flo. 108 Religiosis vero Sacerdotibus 84 Fratribus vero Clericis et Laicis seu Conversis 60 Oblati vero provideantur de necessariis. Ita tamen ut hujusmodi rata pro vestiaria ad medietatem eis tribuatur, per suos terminos de medio Anno ad medium Annum, qui vero qui prodigalitate suspecti fuerint non tribuatur pecunia sed vestiarium pro Sacerdotibus a Ven. Priore, pro non Sacerdotibus a Patre Suppriore qui eis pro necessitate vestiaria Comparabunt
Nullus praesumat in Publico sive foris sive in Claustro induere dicta tunica absq habitu formali, et quando foras praecipue in urbibus exire Contigerit, extra Casus in Sacris Constitutionibus expressis nullus vadat nisi associatus cum quo Praepositus jusserit, semper vestitus Cappa seu Manicis Largis quas pariter praescriptas in Ordine Diebus ad Chorum processiones afferentes huic quoties tum singulariter insistent Ven. Priores, Ipsi vero RR. Priores nunquam se a Conventu absentent nisi relicto pro Custodia Conventus Patre Suppriore secus ab Ad. R. Provinciali severe arguatur ac etiam Condigne puniatur. Statuit Ven. Diffinitorium ut in singulis Conventibus flat servitium pro Deposito tribus seris clausum quarum una Clavis, sit penes R. P. Priorem, reliquae duae penes PP. Depositarios singulatim, in dicto autem Deposito Conserventur tum totaliter summa Conventus, quam etiam Particularium Religiosorum etiam sempiterno totaliter Fratrum, pecuniam vero Conventualem Depositarijs in Consulto R. P. Priore loci expendere nullatenus licebit Depositaria vero Particularium Religiosorum nullus omnino tangere, multo minus expendere audeat etiam in urgenti Conventus Necessitate sub poenis in sacris Constitutionibus expressis p. 6. Cap. 9.
Quinto Idem P. Provincialis ut optimo exemplo suis subordinatis praeeat quantum valetudo et occasio admiserit quo ad celebrationem mis-

sarum, et alias Observantias Regularis sit sedulus, caveat pariter, ne per diu-
turnam subsistentiam in suis Visitationibus conventus prægraventur, cui
pro necessitate perficiendarum multarum distantium viarum providean-
tur necessarii equi septem, famuli duo, et inserviens, qui coquum simul
agere possit unus; et quoniam summe necessarium pro hacce Provin-
cia in bonis Spiritualibus et temporalibus conservandis arbitramur
Visitationem Vicarios Generalium saltem intra aliquod capitula; illud
præsens punctum Sapientissimo arbitrio Rndissimi P. Mgri Glis
deliberandum ac decidendum humillime substernimus. Et quia
per Decretum Ejusdem Rndissimi Patris de Anno 1763 in man-
datis accepimus ut in hac Provincia Capitula Provincialia pro perpetuis
temporibus habeantur in Mense Junio semper feria 6ta post Dominicam
tertiam Junii, ideoque præterata Confirmatione hujusmodi Decreti
devotissime supplicamus, prout Intermedia Capitula Provincialia
ad bonum hujus Provinciæ habeantur nisi urgentibus causis gravissi-
mis de consensu totius venerabilis Diffinitorii et non aliter dis-
pensatio juste petatur. Pari quoque modo in futurum cum consensu
totius Diffinitorii præsentandi sunt P.P. pro Gradibus assequendis.
Puncta vero seu Decreta hujusmodi Capitulorum Provincialium ac
Intermediatorum in futuris temporibus fideliter Rndissimo Patri Gnali
referantur et nihil eorum subticeatur, prout P. Visitator Gnalis
in sua visitatione hic animadvertit. Et quoniam Sexto plurimum
interest quomodo honor S. Religionis conservetur, ea propter ne-
mo præsumat manifestare [illegible] defectus Fratrum Cor-
rectorum; multominus Fratrum superiorum sub pœna inhabilis
Const. taxatis et amotione ipso facto ex tali Conventu.
Nullus itaque Stypendia Missarum Conventibus præcipere præsu-
mat, aut Conscientiam suam tali copia Stypendiorum gravet
quæ intra tempus in SS Canonibus præscriptum absolvere non pos-
set, super quo puncto gravissime oneramus Conscientiam [illegible]
ri videlicet acquisita copia Stypendiorum ea vel nunquam absol-
vi faciant, ac suis Successoribus absolvenda relinquant abu-
tendo prius in necessitatem Conventus pro illis acceptam pecuniam
prout non cum parvo sensu dolere eadem P.P. Provinciales itaque et
P. Visitator Gnalis in suis Visitationibus in quibusdam Conventibus
reperierat videant proinde tales Culpabiles Conventuum Superiores
quomodo olim Deo Supremo Judici pro simplicibus gravissimis ne-
gligentiis redituri sint rationem, et non ulterius Patribus
ac Fratribus detur occasio [illegible] quando a Conven-
tu ad Conventum mittuntur, proinde iis medietas viaticum tempo-
solvatur, ex Conventu a quo recedunt immediate indispensabiliter solvat
a Conventu ad quem mittuntur ad evitanda vero scandala dubia assignavit
venerabile Diffinitorium singulis pro quovis Missionem [illegible]
Sex

Sed gressos Pel. quod Solum intelligatur pro tuti uti et observandum, quod et de Peculio bestiarij ijs qui aut ebrietate declivi sunt, aut ex nimia tenacitate sibi de honestis vestimentis Religiosis providere negligunt, et tacere nec dere asseverunt, nulla tenus pecunia ad manus tradatur, sed talibus de honesto et decenti vestitu directe a Superioribus provideatur. Tandem Septimo. Juxta recenter emanatum Rmi Patris Gnalis ad Patrem Visitatorem directum Decretum, quatenus Sublatus qui hucusque in Patribus meritis iterato restituat. Baccalaureatus ij itaque hic nominati denuo numero Baccalaureorum ad numerandi veniunt, videlicet R.P. Marti nus Pulaski R.P. Felix Dayerykiewicz R.P. Angelus Byczkowski R.P. Cherubinus Szczerbinski R.P. Benedictus Danilowski et R.P. Sebaldus Gadzinski. Et quoniam V. Diffinitorium ultra numerum Denarium ad invenit meritorios Sex quapropter Suplicat Rmo Patri ut in posterum designare dignetur numerum Baccalaureorum etc. Octavo Ad consequendos sive Sta Thae Magisterij sive Baccalaureatus gradus plurimum confert qualiter quis Studijs in juventute ac deinum sive Doctoratus sive Concionum pro Gloria Dei salute animarum laboribus à se se impenderint ea de causa insistendo Mandatis Rmi Pm Gnalis nobis per Visitatorem denunciatis strictissime omnino praecipimus Mandamus ut in Scholis nostris legatur Theologia Augustiniana P.M. Laurentij Berti, in Philosophia vero tradatur methodus Nova item Lectio Casuum Conscientiae vel ab ipso Priore si idoneus videtur ab alio idoneo omnino ut minus ter per hebdomadam fiat, provideatur vero ne Fratres Authoribus probabilitatis utantur. Ad Confessiones autem excipiendas nulla tenus admittantur nisi praevio rigoroso Examine nec qui Casus student. Fres autem Novitij nullatenus sub quocunque praetextu per Annum sui Novitiatus Studijs aut Theologicis aut Philosophicis applicentur, bene tamen postea quam in Spiritu Religiositatis à Suis Patribus Moderatoribus bene instituanti poterunt ab ipsdem in rudimentis Latinae linguae interjectis lomori temporibus pariter instrui et eum similibus praecipue humaniora repetere, qui ad Novitiatum ingressi minus in his instructi fuere, pro Novitiatu vero Clericali nullatenus ante 15. Aetatis Annum admittantur pro Laicatu vero ante 20 Aetatis Annum nec ullus quocunque Conditione absque praevio P. Provincialis consensu suscipiatur multo magis praesumant in Conventu suscepturi ubi locus Novitiatus non est designatus aliquem Habitu Ordinis induere sed praevie in loco Novitiatus omnes ac singuli secundum praescriptum SS. Constitutionum induendi sunt non quidem indiscriminatim a quovis Sacerdote sed praevie a Legitimis Superioribus a quibus pariter et non ab alijs Sacra Professio excipienda est. Demum Novitij nullomodo licentiam obtineant ad prandia extra claustrum, nec pariter pro seipsis ad visitus admittantur, de Fratribus vero oblatis fiat circa haec provida Superiorum Dispositio, et quia legibus

vetant

vetant, ne aut suscipiant aut ad professionem admittant, nempe qui sunt na
ti ex Parentibus aut Avis per Sanctum Inquisitionis officium de apostasia a
fide vel de Haeresi seu vehementi ejus suspicione punitis seu damnatis: Ju
dicamus pariter nullo modo suscipiendos Neophitos, invigilent itaque
magnopere hac parte Superiores, ut videlicet ultimi hi suscipiantur, specifi
cati aut de Parentibus ex Hebraismo per Baptismum renatis ob pericula
non modica prout in hac Provincia aliquod exemplis factum fuisse, P.
Visitator Gnalis non absque stupore animadvertit. Supplicat V. Diffi
nitorium pro R.R. P.P. Lectoribus Adalberto Kocieryoski et Ludovico
Kreienski ut declarare eos digneta Praedicatores Gnales qui si
annis 12 praedicaverint in uno ex principalibus Conventibus, nempe
Cracoviensi, varsaviensi et Vilnensi, Sct. Eis pro merito ad Lauream
Magisterij. R.P. Pachomius Kubodicz S.T.L. privat voce activa
et passiva donec per Capitulum Provinciale dispensatum fuerit pro
pter Calumnias illatas E.P.M. Antonio Gozdzinski Visitatori Gnali
ac etiam E.R.P. Erasmo Bartolt S.T.D. exprovinciali ac Urbano Sa
pienti Doctori Studiorum Praefecto. Quo ad Apostatias cum fere
semper contingat plures varijs Criminibus patratis ad metum poena
etiam maxima haritate imponenda fugam arripere, ad Urbem in
itinere sordide ac turpe incedere cum magno Sacri nostri Instituti
opprobrio, qui Romam adeuntes falsis imposturis Superiores proscin
dunt, ac varijs artibus Rmam P. Gnalem circumveniunt et hac
methodo illorum gravissima delicta impunita non solum remanent
verum etiam Ceteros ad Apostatiam incitant. Qua propter V. Diffi
nitorium humillime supplicat Rmo Patri ut tales Discoli ad
Provinciam reversi pro Delictis ante discessum condignis afficia
tur poenis et vetita via precludatur fugitivis. Locus Congrega
tionis intermediae designandus committitur Admodum Rdo P. M. Provinciali

Summa 2000 millium Flor. Poll. a Magnificis Dnis Rayskie Conven
tui Codnensi inscripta cum obligatione persolvendi annuas 20 Missas
lectas a Venerabili Diffinitorio assignatas acceptatur. Summa 2000 milli
um Flor. Poll. a Magnifico Dno Benedicto Stemkowski Pocillatore Palati
natus Vilnensis cum obligatione Missae votivae de Beata cantandae
qualibet feria 4ta cum litanijs de eadem B. Virgine cantandis
itaque Aniversarijs in Anno et duabus Lectis Missis cum perso!
venti Aniversaria Conventui Vilnensi oblata acceptatur.
Summa 2000 millium Flor. Poll. a Perillustri Rendo Dno Andrea Le
nartowicz Praeposito Tauroginensi cum obligatione unius Missae
per hebdomadam itaque Aniversarijs cum tribus Missis lectis Con
ventui Vilnensi oblata acceptatur.
Sequitur approbatio Rendmi Patris Gnalis.

Fr. Franciscus Xaverius Vazquez Peruanus S.T.M. Mgr
totius Ordinis Fratrum Eremitarum S.P.N. Augustini Prior
Generalis

16

Inspectis retroscriptis Actis Capituli Provincialis celebrati in Provincia nostra Polonia. Tenore praesentium Nostriq muneris Auctoritate nec non de Consilio A. R. R. P. P. nobis assistentium advertimus primo praecedentiam observandam esse inter P.P. Diffinitorij Magistros ac reliquos Graduatos juxta Leges in Constitutionibus Ordinis statutas. Secundo Visitatorem Gnalem a Nobis constituendum esse ubi et quando necessitas postulaverit. Tertio circa Celebrationem missarum volumus ut in fine cujuslibet mensis fiat exactus Computus missarum celebratarum et P. Prior non possit quovis ratione vel praetextu uti Stypendijs acceptis quae in Capsula separata caute sint custodienda, nisi juxta numerum missarum quae iam fuerint celebranda. Denique injustam esse petitionem ut Religiosi fugitivi ad Provinciam reversi pro delictis ante eiecssum commissis affici valeant condignis poenis volumus enim ut postquam Romae plenariam absolutionem obtinuerunt cujuscumq poenae habeantur immunes, Reliquas vero Actiones, Electiones in Actis ipsis insertas et descriptas Confirmamus et approbamus, illasq firmas et ratas esse volumus et mandamus In Nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti Amen

Dat. in Conventu nostro S. P. Augustini de urbe Die 1 Augusti 1773

Fr. Franciscus Xaverius Vazquez Gnalis (L. S.) nostri muneris affixo sigillo Mr. Fr. Joannes Antonius Sextarius Ordinis Secretarius. Registrata Lib. 27.

Hae sunt decisiones a Rmo P. M. Francisco Xaverio Vazquez Sacri omnis totius Ordinis Gnali approbatae et confirmatae quas ad Audiendum et observandum vobis porrigimus omnes obligantes superiores locales ut post publicationem ejusmodi Processus factam conventualibus congregatis ad sonum campanae ter pulsatae faciant describi in consueto conventus Libro pro capessanda Succedentis commoditate toties quoties et quando opus fuerit sub poena suspensionis officij a Constitutionibus p. 3 cap. 11 Ao 11 statuta. Ultra praefatas decisiones revocamus vobis in memoriam cultum Divinum pie et sancte persolvendum, ut non praecipitanter sive dicatur sive cantetur a Patribus in Choro sub poena gravis culpae, de talibus enim legitur maledictus qui facit opus Dei negligenter, juxta dispositionem R. P. Visitaris et Provincialium inculcamus vobis exactam observantiam sacrarum Constitutionum ac Statutorum in dictis capitulis Provincialibus et dispositionibus relictarum in suis visitationibus. Recommendamus vobis omnibus et singulis Fraternam Charitatem in christo Jesu, et pacem inter vos veram et non simulatam. Obstringimus conscientias P.P. Magistrorum Novitiorum ut Juvenes sibi subjectos in bona doctrina et bonis moribus instruere satagant bonum exemplum prae se ferendo

et in Cantu Chorali exerceant, ne de illis illud dicatur effatum par
vuli petierunt panem, et non erat qui frangeret eis. Studentes tam Scholasticæ
Speculativæ quam Philosophiæ monemus et hortamur in Dño
quantum valere possumus, ut tempus quod tantum valet quantum
Deus, inaniter non terant, sed in profectu Scientiarum ad Glori
am Dei Omnipotentis et Sacræ Religionis decorem. Studentes Theo
moralis Ceteriq Confessarij sint assidui in lectione librorum
ad hoc Omnis depictatorum, ne cum opprobrio Religionis Nostræ
ab excipiendis Christi Fidelium confessionibus a Locorum Ordinari
is suspendantur, uti iam post Capitulum modernum factum esse
certo certius subaudimus. Regestra tam exitus quam in
troitus, lucide, distincte, et fideliter adnotentur sine descripti
one superfluorum, alias in futuris visitationibus ante et
retro super hoc objiciemus oculos Nostros. Omnibus demde
Patribus Prioribus seu familiarem prudenter quam diligenter
recomendamus ut omnium oculis eorum dexteritas con
spicienda appareat. Bene interim in Domino valete
et pro Nobis etiam Deum Omnipotentem orate. Dedi
mus in Conventu Nostro Brestensi Residentiali 19 9bris
Anno Dñi 1773.

M.r Fr. Simon Gorski
Augustinianus Provincialis
idem qui supra m.p.

(L. S.)

Fr. Josephus Mat
chewicz S.T. Bacca
laureus et Provin
cialis Socius m.p.

Visitatio prima Conventus Nostri Codnensis et simul Parochi
alis Diaecesis Kijoviensis sub cura Adm Rndorum Patrum Or
dinis Eremitarum S. P. Augustini existentis.

Magister Fr. Simon Gorski Augustinianus S. Th. Doctor, per
utramq poloniam Magnumq Ducatum Lithvaniæ Provincialis
Prior.

Post liberam spontaneamq resignationem factam officij Prioratus
A R P. Thomæ Berent S. Th. Lectoris, nec absq Superiore exi
stant Conventus, et ne sine bona dispositione et regimine res va
dere permittantur, institutus est in vicarium Priorem Adm Rndus
Pater Casimirus Liblkowski S. Th. Lector. Quapropter moderno
Patri Vicario Priori significamus Amo per charitatem Religiosam,
ut scrinium seu Arcam Depositi juxta Sacras constitutiones sub
pœna privationis conficere faciat, tribus seris distinctis clausam

Cujus

Cujus custodes præficimus et jure communi Rndum Patrem Vicarium Priorem, primum Depositarium Rdum Patrem Prosperum Lotowicz et Subpriorem Conventûs, Secundum Depositarium Rndum Patrem Stanislaum Poradowski Concionatorem a Dominicis et Festis, Professoremq Theologiæ moralis. Quibus ut Depositariis recommendamus omnem fidelitatem tam in numerando quam in conservando, et necessariam parcitatem Religiosam. Ut vero Rndo Patri Concionatori frequentiam dicendorum Concionum, toties quoties sufficientia populi audientis exposcerit, quas Conciones adscriptas in futura Visitatione Nostra monstrare Nobis dignabitur. 2do Ut resolutori Casuum Conscientiæ, omnem informationem relinquimus, ut Feria 2da 4ta et 6ta ad mensam Canonicam sine tumultu et inquietudine indispensabiliter legat Theologiam practicam Patris Danielis Concina a Principio usq ad finem, et finito toto hoc opere denuo legere a Principio reasumere incipiat. 3tio Præcipimus Rndo Patri Vicario Priori Præsentaneo, ut omne negotium Conventûs istius magni moliminis absq consensu Patrum vocalium nullatenus incipiat, sed cum consensu, et facta propositione et subscriptione Patrum. 4to Obligamus etiam omnes Patres hujus Conventus, in hac calamitate et miseria existentis per viscera Christi Jesu, ad persolvendum Chorum, Matutinum dicendum, choras Canonicas, meditationes de mane et vespere persolvendas, atq etiam ad dicendam quotidie orationem Serotinam, et pro opportunitate ad excipiendas Christi fidelium Confessiones, ad quod officium persolvendum in choro ~~[illegible]~~ cum cæteris Fratribus, et ad alia munia obeunda et Rndum Patrem Vicarium Priorem strictissime obligamus. 5to Præcipimus Rndo Patri Priori Vicario, ut cum suis Religiosis sibi subjectis charitative, et gratiose sibi procedat, et secundum omnimodam possibilitatem necessaria, quo ad victum et amictum eis ministret. 6to Præcipimus Vobis crebram ad mensam lectionem dispositionum Provincialium Prædecessorum Nostrorum et Reverendissimi Patris Visitatoris Generalis. 7mo Recommendamus vobis religiosam pietatem, quæ vos commondare, et omnibus et omnibus Christianis Exemplar virtutum monstare debet, maxime tamen commendamus vobis charitatem Dei et proximi cum qua omnia bene et ordinate fiunt. Datum in Conventu Sodnensi sub tempus primæ Visitationis die 5ta February Anno 17740

Mgr Fr Simon Gorsky Prior Provincialis
idem qui supra

[illegible]

Processus Convocatorius pro Intermedia Congregatione in Conventu Laticensi celebranda.

Magister Frater Simon Gorski Augustinianus Sacrae Theologiae Doctor, per Polonia & Magnum Ducatum Lithvaniae de Secundo

Prior Provincialis

Guberny quadriennalis totius Admodum Provinciae humeris Nostris imparibus sat grave & molestum compositum onus, sub quo certe succumbendum Nobis foret, nisi dextera Excelsi nos teneret & infallibilis spes, futurae Intermediae Congregationis adesset, qua instante uti in medio dui desiderato monemur a Sacris Nostris Constitutionibus Par. 3. Cap. 12. de celebranda in medio quadrienny intermedia Congregatione. Quare inhaerendo citatis Nris Sacris Constit. tenore Praesentium Nostriq muneris authoritate indicimus praedictam Intermediam Congregationem in Conventu Nostro Laticensi die 3tia Mensis July, Anni labentis 1775ti. celebrandam esse. Ad quam praedicta die 3tia Mensis July. Eximios ac Admodum Rndos Patres suis titulis ornatissimos, nempe E. A. R. P. Erasmum Bartolt S.T.D. Study Varsaviensis vigilantissimum Regentem, Provalem absolutum. Eximios ac Admodum Rndos Patres Magros, Norbertum Polikowski, Anselmum Frankowski, Urbanum Sadlik, Thomam Kobylanski Priorem Vilnensem, Anselmum Koterba Priorem Varsaviensem Sacrae Theol. Doctores, Diffinitores. A. R. Patrem Angelum Bykowski S. T. B. Priorem Conventus Crasnostaviensis, Diffinitorem, & A. R. Patrem Possidium Jachimowicz Sa The. Lectorem, Priorem Radomisliensem in locum E. P. Magri Antony Gieździński Bohemi, Visitatoris in Nostra Provincia Gnalis

vinciæ Gralis, & proximè celebrati Capituli Provincialis Præsidentis Superstitem. Insuper pro omni eventu quod si casus ocurrerit aliquem exire Diffinitorem ex Diffinitorio, ad complendum ergo corpus Vblis Diffinitorij R. Patrem Norbertum Groffki Priorem Pilzensem Superstm pntis quadriennij. Quos prænominatos Patres pnti Processu pdie, & mense superius expresso, ad Conventum Laturcensem invitamus, citamus, & convocamus. Non graventur itaqe Eximiæ ac Adm Rndæ Paternitates Vræ pdie assignata ad Conventum Laturcensem condescendere, quos ibidem aperto expectamus corde. Præter pnominatos Prs adhuc citamus, & omninò pcipimus, sub pœnis cont inobedientes. R. P. Joannem Nepomucenu Modelski S.Th. pntaneu Priorem Ciechanoviensem, & præteriti quadriennij Vicarium Contus Casimiriensis ad Cracoviam ad respondendum ad objectas sibi in Prima Nostra Visitatione præfati Contus Casimiriensis ptensiones, quas Nos sub tempus Visitationis non potuimus ob absentiam dicti Patris Modelski, & non defensum, neqe auditum judicare, sed illam totam causam ad Intermediam Congregationem cum suo effectu remisimus, Similiter citamus Rndum Patrem Honoratum Gronkiewicz S. T. Lectorem, & Novellum Zacharski ad pacificanda, & finienda sua negotia quæ pro tunc patebunt. Nulli verò ex Patribus, & Fratribus cujuscunqe Status, gradus, & conditionis existant, præter pfatos Patres à Nobis citatos, & convocatos, Conventum Laturcensem (: absqe speciali licentia a Nobis in scripto obtenta :) licebit accedere, sub pœnis in Nostris Consttnis Par. 3. Cap. 9. §. 1. No 3. taxatis. Cum autem Registra Contus Casimiriensis ad Cracoviam tam exitus quam introitus pteriti, & præsentis quadriennij certis ex causis sint necessaria in Congregatione, ac etiam Registra Missarum manualium; Obligamus psentibus E. P. Magrum Andream Zawadzki S. T. D. Diffinitorem Gnalem Vicarium Priorem dicti Conventus Casimiriensis ad Cracoviam ut pdicta Registra non gravetur

per Diffinis

per Diffinitorem ad locum Congregationis transmittere. Similiter et A. R. Pat. Praesidens Joachimowicz Prior Radomysliensis sui Contus Registra Perceptarum et Expensarum praeteriti Quadriennij secum ad Congregationem comportet. Ut autem feliciori succesu incepta finiatur Intermedia Congregatio, mandamus ad tenorem Sacrarum Constt. Par. 3. Cap. 12. No. 56. ut in omnibus Provinciae Nostrae Conventibus memorata die 3. Mensis Julij immediate post Primam Missam, Missa de Spiritu S. solemnis et devote cantetur sine Credo tamen cum duabus collectis Prima Una Bmae Virginis Mariae, altera S. P. N. Augustini. Quod si aliquo casu literae nostrae denunciatoriae de morte Nostrorum Fratrum post Capitulum Provinciale demortuorum ad omnes Conventus non devenerint, et forsan Suffragia pro quibusdam non sunt absoluta, ut eorum persolvantur modo vobis serio admittimus eorum, recommendantes videlicet ex Anno 1773 Animas. Fratris Augustini Gornicki Laici 30. Augusti in Quaestura ex Contu Zydaczov missi demortui. R. P. Hieronymi Matzak S. T. L. Germanici Concionatoris Conicij 1. 8bris. Fris Stanislai Bochowski Laici Organarij Ciechanoviae 7. 8bris. Fris Feliciani Zalodny Laici Quaestuarij Orchoviae 16. 9bris. Admi Rndi Patris Michaelis Wagner Sacrae Theologiae Baccal. in Capellanum ex Conventu Vitcoviensi 30. 9bris demortui. Ex 1774. V. Patris Prosperi Kotowicz in Capell. ex Contu Codnianensi missi 31. Marty demortui. R. P. Eleemosynarij Michalski S. T. L. Radziechoviae 6. Aprilis. V. P. Joannis Boni Unorowski Zaloscie 7. Aprilis. Fris Adriani Stepczynski Laici Quaestuar. Cracoviae 15. Maji. Admi Rndi Patris Josephi Malachowicz Sacrae Theologiae Baccal. Secretarij Provinciae Cracoviae 23. Maji. V. P. Andreae Szablak Pilznae 10. Julij. R. P. Liberati Mutoranicz S. T. L. Ciechanoviae 3. 7bris. Fris Possidij Stachurski Laici Organarij Leopoli 9. 8bris. A. R. P. Feliciis Deyczykiewicz S. T. B. Varsaviae 22. 10bris. Ex 1775. Anno. Fris Adami

Milewski

Milewski Laici Lublini 9. Martij. Fratris Desiderij Wosdzynski Laici Zaloscis 26. Martij. Ex Confratribus vero mortui sunt. Illmus ac Excell. Dnus Dnus Carolus Gonzaga in Zywice & Pieskowaskała, Marchio in Mirow de Wielopolskie Myszkowski Stabuli Regni Subfectus Capitaneus Cracoviensis Confrater Ordinis. Illmus ac Rndmus Dnus Josephus Goluchowski Canonicus, & Officialis Lucegriensis. M.D. Antonius Michałowski Dapifer Drohicensis & Petronella Consors ejus. M.D. Josephus Koskowski Stepans Zakrzyczyn & Helena Conss. M.D. Josephus Izbiński Venator Sochaczoviensis. M.D. Stephanus Kozuchowski Pocill. Bilscensis. M.D. Antonius Bukowski Dapifer Cherniech. & Theresia Conss. M.D. Adamus Ciemniewski Ensifer Ciechanoviensis & Maria Conss. M.D. Joannes Bratoszewski Vexillifer Gostinensis & Marianna Conss. Mca Dna Justina Krzyszkowa Judex Mirachoviensis. Mca Dna Eva Trzypolska Capitanea Sircoviensis. M.D. Martinus Petzold Colonellus Exercitum Regni. M.D. Pantaleon Wyszkowski. Dnus Stephanus Jaskiewicz & Constantia Conss. ejus. Reccommendamus quoque omnium Conventuum A.R.R. PP. Prioribus, ut presens processus omnibus Patribus & Fratribus capitulariter ad sonum campanulae ter pulsatae Claustri congregatis publicetur, & Libro Coetus inseratur, post publicationem vero absque ulla mora via cursoria indispensabiliter remittatur. Bene Valete Patres, & DEUM Omnipotentem pro Nobis cum tota Provincia orate. Dedimus presentes in Conventu Nostro Zaloscensi Die 2da Mensis Martij 1775ti Anni. In quorum fidem Sigillo Provinciae munitas propria subscripsimus manu.

Mgr Fr Simon Gorski Aug. Provincialis idem qui supra mpp

L.S. Nostri Muneris affixo Sigillo.

Fr Hilarion Gizłowski Aug. Prosecr. mpp

Visitatio 2da Conventus Codnianensis

Magister Frater Simon Gorski Augustinianus, Sacrae Theologiae Doctor, per Poloniam, & Magnum Ducatum Litthuaniae, de Cedo Prior Provincialis.

Visitantes de secundo Conventum Nostrum Codnianensem advertimus non omnibus, tam Nostris in Prima Visitatione relictis Dispositionibus, quam C. P. Visitatoris Generalis satisfactum esse, quare in praesentiarum brevibus in memoriam Patribus revocamus. Et Primo Divinum Officium tam Diurnum quam Nocturnum, orationem Serotinam, mentalem seu meditationem quotidie absque ulla dispensatione Patres hujus Conventus extra Deo cum debita pausa, attentione, & devotione persolvant. 2do Silentium Religiosum, ac Ingressus cellarum, Visitatio semel in Anno Cellarum. Capitulum de culpis semel in mense ad tenorem Sacrarum Constitutionum teneatur. 3tio. Quoniam post mortem Rndi Prioris Prosperi Kotowicz Primi à Nobis constituti Depositarij, & Stanislai Loradowski secundi Capellania distracti, alios Depositarios non adinvenerimus, jure ad Nos devoluto constituimus in Depositarios Rndos Priores Salesium Ostrowski, & Zephyrinum Grydzki, quibus recommendamus omnem fidelitatem, ac hisce temporibus calamitosis parcitatem, praediti vero Pres Depositarij nihil expendant absque scitu Adm Rndi Patris Prioris, quod ut facilius possint exequi legant Sacrarum Constitutionum Caput de Officio Depositariorum. Adm Rndus vero Prior quamprimum curet facere arcam Depositi ferro bene obductam cum tribus seris distinctis clavibus clausam, à qua Primam clavim habebit Adm Rndus P. Prior, 2dam Primus Depositarius, 3tiam 2dus. & unusquisque suam clavim diligentissime custodiat semper secum ferendo. Inhac autem Arca omnem pecuniam ex quibuscunque proventibus obvenientem

provenientem, ac etiā ex Eleemosynis volumus esse servandā, ac etiā Documenta Contus, et Inscriptiones &c. ac Inventaria Fratrum. 4to. Registra Fabricæ Adm Rndus Pater Prior in similitudinem Registrorum Contus faciat, in quibus tam Percepta pro Fabrica uti ex Capellania, ex Quæsta, ex Brazatorio, et Eleemosynis lucide et distincte scribetur, similiter et Expensæ factæ pro Fabrica. 5to. Adm Rndus Pat. Prior omni conatu curet fornacem ad crocandos lateres extruere hoc Anno, et conducto artifice lateres facere. Sciat autem Adm Rndus Pat. Prior quod si fabricam hujus Conventus omni diligentia curabit promovere in tota Provincia laudem recepturum, et præmium pro dicta Fabrica habiturum. 6to. Similiter curet Adm Rndus Pat. Prior Confessalia conficere pro commoditate Prum Confessariorum excipiendi Christi fideles Confessiones. Quibus vero Confessariis cujuscunque gradus omnino strictissime præcipimus, ut diebus Dominicis, et Festivis à primo pulsu pro devotione absque dispensatione in Confessionalibus usque ad finem devotionis sedeant, et hoc sub pœna suspensionis ab audiendis Confessionibus, et contra insidientes, a qua lege Adm Rndum Prem Priorem excipimus, cum ipse aliis negotiis sit occupatus. Ultimo tandem. Recommendamus Vobis Lectionem ad mensā tam de meridie, quam de vespere, et Resolutionem Casuum ut in prima Visitatione injunctum est, pro Resolutore vero assignamus Patrem Lucā Dominikthi Sacræ Theol. Lectorem. Similiter recommendamus Charitatem Dei, et Proximi, observantiā Sacræ Regulæ Sacrarum Constitutionum ac Dispositionum Capitulorum Provincialium, Congregationum Intermediarum, ac etiā dispositionum factarum ante Præsentem Nostrum et C. Prorum Visitatorum Gralium, quia frustra conduntur Scæ, si non observantur. Satagite ergo omnia ista servare, ut in 3tiā Visitatione nostra Vestrum non vituperet Ministerium. Bene valete in Domino, ac pro Nobis cum tota Provincia DEUM Omnipotentem orate. Dedimus præsentes Die 31. Maji. 1775 Anno.

Mgr Fr Simon Gorske Augustinianus Polonus idem qui supra

mp

Visitatio 3tia Conventûs Codnianensis.

Frater Hilarion Gzlowski Augustinianus, Sac. Theol. Lector, Secretarius Provinciae, Visitator Provincialis.

Cum Eximius ac Adm. Rndus Pat. Mgr Simon Gorski — Sac. Theol. Doctor de Secundo istius Provinciae nostrae Moderator tam ob debilitatem suam, quam ob magnam loci istius a Provincia distantiam Conventum hunc Codnianensem personaliter visitare non potuisset; tamen ut tam Literis Rmi Patris Gratis, quam factae in Capitulo Cracoviensi de Visitatione Conventuum dispositioni satisfactum sit, nobis per Literas Commissoriales datas Zaldsciis demandavit, ut hunc Conventum Codnianensem de 3tio visitemus; secundum cujus dispositionem ad hunc pervenientes Conventum in illum pacificum sub regimine Adm. Rndi Patris Casimiri Lebkowski advenimus. Formalem visitationem instituere judicavimus minime necessariam esse, tamen aliqua advertentes fieri disordine, illa recommendare Vobis Patribus ad observandum necessarium ducimus; et quidem 1mo Orationem ~~Mentalem~~ seu meditationem quae per longum tempus ob deperditam meditationem librum non persolvebatur, praecipimus quotidie mane ante horas Canonicas tenendam; sicut et Orationem Serotinam de Vespere. 2do Lectio ad mensam Spiritualis habeatur sine ulla dispensatione, ne solum fauces nostrae sumant cibum, sed et aures esuriant Dei verbum. 3tio Advertimus per hoc tempus Refectionis hoc in Claustro non observari horam, quare obligamus Adm. Rndum Patrem Priorem ut ad normam aliorum in Provincia Conventuum Prandium hora 11ma, Coenam vero ho-

ra

ra Sexta Patribus subministrare n̄ gravetur. 4to Decreta Summor. Pontificum curet Adm Rndus Pat. Prior pecunia Conti acquirere, & ea pscriptis temporibus legere Patribus ad mensam Communem. Ultimò Recommendamus vobis Patres amorem Dei & Proximi, observantiã Regularem & Sobrietatem. Valete interim benè & p Nobis ac tota Provincia Deum Omnipotentem Orate. Dedimus psentes die 6ta Mensis Maji

1776ti

Fr. Hilarion Gozdawski Aug.
Visitator Provincialis idem qui
Supra mpp

Mgr Fr Thomas Kobylański Aug. Sae Thae Doctor per Poloniam & M.D. Litt. Prior Provincialis
Venerabilibus Nobisq in Xto Dilectis istius Provinciae Nostrae Polonae Patribus ac Fratribus Salutem in Domino

Non ambigimus Patres et Fratres in Xto Dilectissimi quin vobis Omnibus et Singulis innotuerit, Nos Divina favente gratia evectos ad Supremum istius Provae Polonae regimen in Celebrato nuper Capitulo Provali Cracoviensi, Nostros autem unicos conatus ac desideria esse, decus et incrementum istius Provae quaerere, regularem observantiam in suis limitibus servare, extinctum Religionis decorem excitare, intolerabilia quoque vitia extirpare, notum sit vobis volumus. Quoniam vero vel a Studijs in suo Flore virescentibus cuivis Religioni accedit Honor et Fama, quae in Nostra hac Provintia vix planè ac ad apparentiam supersunt, idcirco mandamus Rndis Patribus Professoribus utriusq Studij Theologici videlicet et Philosophici, quate-
nus

quatenus sedulo ac diligenter suis officijs incumbant, Lectiones scribant, quaestiones inutiles, speculativas pure, ac illas, quae disceptationis gratia in Scholis exponi solent, vitent omnino et praetermittant, praesertim in Thesi, lectiones ad sufficientiam et Captum Studentium explicant, etiam praeter tempus Scholae si Studentes desiderent, et nisi juxta praesentem Disputationem hanc nostram regerant, nulla spe ulterioris promotionis nutriantur. Studentes a Schola avocentur a nullo, cujuscunq sit gradus et conditionis, nec amoveantur a Studio absq nostra Licentia, etiam a Superiore. Praecipimus quoq AA. RR. PP. Praedicatoribus omnium Conventuum, quatenus Recentiores Authores comment, sedulo legant, Conciones mande scribant, Nobisq in Visitationibus producant. Similiter mandamus Adm Rndis Pribus Superioribus, exceptis Cracoviensi, Varsaviensi, Vilnensi et Orchoviensi, ut a certis proventibus secernent Eleemosynas sive ex missis, sive Capellanijs, contingenter obvenientes, easq in seorsivo Registro per depositarios adnotari curent qui talem pecuniam expendere non audeant. In quo Conventu nec dum electi sunt depositarij illico eligantur praesentibus mandamus sub poena suspensionis ab officio. Iisdem supra exceptis Superioribus prohibemus omnibus dimittere Fratres e Conventibus colligendae et emendicandae Eleemosinae ne bonus odor Religionis et Fama periclitetur, et enormia scandala vitentur, prout de patratis recenter scandalis cum summo animi nostri dolore notitiam accepimus, imo dimissos Fratres quam primum revocent. Singulis itidem Adm Rndis Pribus Superioribus nemine excepto interdicimus novarum fabricarum necessariarum, attentationem et inchoationem sine praevio nostro inscriptis Consensu. Sine tali pariter Consensu nostro praevio, non valebunt abhinc Adm Rdi Patres Priores

Priores destinare Religiosos ad exteros, et Capellanijs, in quibus bene multi Religiosi à Regulari observantia, pietate, obedientia, multum defecerint, et ad dissolutam vitam, ebrietatem, aliaque vitia ac ad contractum debitorum deflexerunt. Annuntiamus quoq vobis, et quid recenter à Venerabili Deffinitorio in celebrato nuper Capitulo Prov^ali^ condita et à R^mo^ Patre Gen^li^ per confirmationem roborata, et ad nos transmissa sunt: Videlicet 1mo Literæ R^mi^ P^ris^ Gen^lis^ directæ ad R^dum^ Patrem Præsidentem, Lectæ, coram omnibus ad Capitulum Congregatis insolitam admirationem in singulis crearunt, dum in ijs de ebrietatibus Prum Vocalium ac etiam Deffinitorum inclusati, ut easdem vitemus, admonemur, etenim delator ille qui R^mum^ Prem Gen^lem^ de his excessibus Prum Vocalium informaverat longe a veritate abscessit, et meram calumniam primis in Prov^a^ Patribus ac Superioribus imposuit, non enim est ebrietas, vel alia vitia hic abjecta in Capitulo reperiuntur, præcipue in PP. vocalibus omnino fide textu testamur. In privatis quibusdam Religiosis in Conventibus collocatis, quod ebrietas invaluit, verum esse, ast nunquam sine pœna hoc vitium transit, nam et pro infamibus non nulli hoc vitio laborantes sunt declarati. Nihilominus tamen R^dus^ Pr Præsidens ut satisfaceret Literis R^mi^ P^ris^ Gen^lis^ seria exortatione omnes admonuit Superiores, ut Subditos suos qui his vi-
MB tijs sunt obnoxij justis pœnis afficiant et prudenti zelo laborent, ut fontes, e quibus hæc vitia scaturiunt, obstruant, idem præcipitur ne extra refectorium in privatis Cellis à nemine servetur vinum aliusq potus ebrietatem creans, quod si e videns necessitas postulaverit sumendi potum moderatum cum hospitibus honestis et proficuis id fiat cum expressa Superioris Licentia, et in loco ad id specialiter itidem a Superiore designato ita omnino fieri mandamus. 2do Quoniam ea atq Deffinitorum Congruam informationem

informationem de uniuscuiusque vita moribus, idoneitate conversatione, merito, labore notitiam minime habere valet, proinde Rdo Patri Prali committit, ut in libro ad id specialiter confecto in quolibet visitatione ab infimo fratre incipiendo, de omnibus fidele Judicium conscientiose adnotari curet, ut sic crimen poenam virtus vero suum sortiatur praemium, atque sic accurata Justitia distributiva juxta cujuslibet merita et demerita administretur et talis Liber Diffinitorio semper exhibeatur. 3tio Cum cujusque Religionis sit speciale decus non solum habere viros pietate praeditos verum etiam doctrina pollentes, jidem collapsa et vix non plene extincta studia erigere cupientes obsecramus Rndos Pres Professores ut sedulam navent operam eorumque uberem ex doctrina sua adferre fructum ac se dignos remunerationi et praemio exhibeant, atque ita praeter Phiam Thliam in Jure quoque Canonico Sacra Scriptura, Historia Ecclesiastica, aliisque disciplinis juxta praesentis aevi methodum suos Studentes exerceant pro majori itaque commoditate, studiis incumbentium supplicat humillime Rmo Pri Prlis nomine omnium Conventuum istius Nostrae Prov. Polonae quatenus pro omnibus Librarijs sive Bibliothecis Nostris dignetur gratiose tribuere facultatem ad Libros duplicatos vel divendendos, et alios magis utiles emendos vel pro alijs Commutandos. 4to Ut post tyrocinium Fratrum non libertatis frenum laxetur neque eorum dimittatur disciplina sed usque dum Studiorum curriculum expleverint in altero velati tirocinio Professionatus persistant, atque ita semina in eorum cordibus per Divinam Gratiam infusa melius certiusque custodiant, in illisque adultiorum exemplum regularis observantia magis erigatur ac florescat, ut vero alacrius incumbant studijs curabunt solliciti Superiores eorum necessitatibus quae sunt opportuna providere. 5to Quoniam nonnulli reperiuntur Priores Conventuum pro suo libitu peculio communi disponentes in expensas inutiles, praesertim in tractandis lautis hospitibus minus proficuis cum superflua prodigalitate tum etiam in suum proprium commodum paulo excessivum, neque curant fideliter et lucide in Regestris adnotare pecuniam perceptam et expensam,

et expensam, quu de causa aliqui Conventus adnotabilem inopiam, sunt redacti, id circo statuit, ut juxta Ords Constitutiones Pte 3tia Cap: 17 Num: 15 Nullus Prior apud se reti neat, aut per se ipsum expendat Communem pecuniam sed hæc agenda sunt per depositarios in unoquoq Conventu electos idq sub pœnis ibi taxatis. 6to Ne agri Conventuum nostrorum tradantur Extraneis emphiteutico etiam ad ad Annos prohibet sub pœnis ad arbitrium R. P. Prlis taxandis, cum contingat quandoq eorumq agro rum hujusmodi Contractu traditorum totalis et irrecuperabilis amissio. 7mo Causam R. Pris Benedicti Danitoffer a Vbli Diffinitorio serio ac matura deliberatione examinatam ex utraq parte controversijs exauditis ac diligenter discussis decernit Vble Diffinitorium quod juste debeat restituere prædictum Pater Danitoffer Conventui Leopoliensi flo: Poll: 9 4 X 9 17 ob falsificationem Registrorum Nos vero ad Mitiora descendentes diminuimus prædictam Summam et solum ad fflo: 600 Pol: Contui Leopoliensi restituendos eundem Patrem Danitoffer obstringimus. 8vo Quoniam deprehensi sunt nonnulli Priores Locales contra Constitutiones Aplicas de Celebratione Missar et contra Statuta Prov, supra vires percipientes stipendia Manualia, non satisfaciendo integre acceptis perceptis, et quod prius expendant illa pro Missis Celebrandis percepta expendenteo, idcirco ultimo admonentur, nequeinceps id facere præsumant quod si inobedientes exstiterint noverint se pœnas subituros in Aplicis Constitutionibq taxatis. 9no Satisfaciendo Litteris Rmi Pris in causa Pris Frœ Hippoliti Hoffmeyster ut actis Capituli inseratur, ad dictus Pr personaliter, quamvis per Literas R. Pris Prlis vocatus sit non comparuerit, sed tantum in scriptis Causam ad se emandandum ab objectis in ratione furti porrexerit, sibiq expresse proclamaverit, solusq potius pœnitentiæ laboret, proinde immunem eum a crimine furti declarat, et ne quis eum in posterum protestare aut inquietare de ante actis in ratione furti audeat inhibet. 10mo delatum e Vbli Diffinitorio R. Pre Erasmus Bartolt S. T. D. Exprovincialem Argentum Eccla Conventus Varsavie, Aurum, Clenodia in scio Superiore inconsulta Communitate in fundamento tantum Supplicis Libelli in Congregatione intermedia Diffinitoribq porrecti, ut argenteria

ut argentum qu[illegible]dam superflua Eccl[esi]ae previo consensu ad quem de jure nomine quasi conventus, a se ipso confecto R. P. Prio absoluto Diffinitorij nomine subscripti nullo consensu ad quem de jure habito non tantum superflua verum etiam necessaria, uti candelabra, calices, praesertim aureum a Serenissimo olim Joanne Rege oblatum ornamento pretiosissimo confregisse ac diversos libros etiam post defunctum A[dmodum] R[everen]dum Pat[rem] Choynski de mobilia Conventui Varsav[iensi] relicta, quae non sui muneris erant, officio immissi, per summas Fundationales in reparationem lapideam Conventus errogasse et usque ad triginta septem millia et ultra flo[renorum] pol[onicorum] expendisse multasque poenas in decretis Summorum Pontificum ac in Sacris Constitutionibus sancitas incurrisse, ut tamen defensioni det locum, cum Ven[erabile] Diffinitorium de quantitate de pretio pro argento et libris divenditis informationem plene habere non possit, idea commissionem ad locum necessariam esse censuit decernit in Commissarios R. P. Andream Zawadzki S. T. D. Diffinitorem Prov[inciae] Priorem Cracoviensem, R. P. Michaelem Mosarzeski S. T. L. Diffinitorem Prov[inciae] Priorem Suchanoviensem, R. P. Henricum Fulborowicz S. T. B. Priorem Rawensem, in situ et ejusque plenam authoritatem inquirendi, decidendi secundum justitiam et aequitatem inhaerendo decretis Summorum Pontificum ac S. S. Constitutionibus super his editis, pro committit, decretumque a se latum una cum motivis pro approbatione R[everendissi]mi Patris Generali transmittendum injungit. A[dmodum] R[everendum] M[agistrum] Respiciendo praeclara merita in Con[ventu] N[ost]ra Prov[inci]a R[everen]di Patris Magistri Simonis Porski S. T. D. quibus vigilantissime ac gloriosissime munere Prioris Prov[inciali]s fungebat, alia quam plurima onera ac officia ferendum pro honore Dei et decore Sacrae Religionis libenter subivit et in contrariis laboribus vires suas consumpserat, quibus plane deficientibus, ipsa quoque decrepita aetas exigit, ne a conventu sua affiliationis amoveatur, utque ab omnibus oneribus communibus (scilicet a servitio chori, a mensa communi caeterisque omnium functionibus) exemptus declaret, et ut famulum ad suum servitium retinere valeat, cujus petitioni ut potestate justi V[enerabi]le Diffinitorium annuit. A[dmodum] R[everen]dum Patrem Onufrium Ryhter ad restitutionem 87 [illegible] R. P. Prioris stringit. V[enerabi]le Diff[initoriu]m annuit. Summam post fata R. P. Ignatii Harski S. T. D. Conventui Lublinensi originaliter inscriptam, eidem Conventui adjudicat. Praeterea A. R. P. Theodor Raunacher S. T. B. Capituli Praesidentem pro obtinendo gradu Doctoratus. A. R. P. Pachomium Cieborecki S. T. L. pro obtinendo gradu Baccalaureatus. A. R. P. Balthazarem Fencicki, Augustinum Marzynski Anto

Antonium Stryhoski, Camillum Stefanski pro obtinendo Gradu Lectoratus Rmo Pri Grli Ghli Diffinitorium commendant ac praesentant. Sequitur approbatio Rmi Pris Grlis

Fr Franciscus Xaverius Vazquez Peruanus Sri Mgr Totius ordinis Fratrum Eremitt S. P. N. Augustini Prior Grlis

Inspectis retro scriptis actis Capituli Grlis Celebrati in Provincia nostra Poloniae Tenore praesentium, Nrique Muneris authoritate nec non de Consilio Adm RR. PP. Nobis Assistentium advertimus in enumeratione vocalium ejusdem Capituli comparentium non fuisse offitii nomine Vocatos Diffinitores praeteriti Capituli Reliquas vero actiones electiones ac determinationes in actis ipsis insertas et descriptas confirmamus et approbamusque illasque firmas et ratas esse et haberi Volumus In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti datum in Conventu Nostro S. P. Augustini de Urbe d. 15 7bris 1777 Ao Fr Franciscus Xaverius Vazquez Grlis. Nostri muneris affixo Sigillo Mgr Angelus Aug: Lombardi Grlis Secretarius Reg: Lib: 27

(L. S.)

Haec dum vobis promulgamus Capitulae Acta Nostrasque Ordinationes serio hortamur omnes et singulos ad exactam horum omnium observantiam datum in Conventu Nro Varsaviensi d. 6ta Mensis 9bris 1777 Ao Mgr Fr Thomas Kobylanski Aug. Prlis.

Frater Franciscus Xaverius Vazquez Peruanus Sae Theol Mgr totius ordinis Fratrum Eremitar S. P. Augustini Prior Generalis.

Venerabilibus Nostrisque in Xto Dilectis Patribus ac Fratribus Provinciae Poloniae Nostri ejusdem Ordinis Salutem in Domino Sempiternam.

Etsi Omnibus et Singulis istius Nrae Provinciae Religiosis viris nostrique subditis satis compertum esse in Domino confisi sperare possimus quantum ipsis cordi esse in cibo et potu; virtus Sobrietatis et quam probrosum ex adverso intemperantiae vitium in hominibus Deo dicatis ac Religiosae perfectioni addictis Communiter habeatur; quamquam nuper a Patribus Venerabile istud Diffinitorium Componentibus hac in re, in proxime praeterito istius Provinciae Capitulo, prudenter fuerit aliquo modo provisum, Nos ex certa Sciencia ac matura

ac matura deliberatione rem eandem accuratius sum. Nos ex certa Scientia perventati, tenore presentium nostriq muneris authoritate, ut rotur magis accedat prefatos Patrib. statutis non nulla ejusdem nunc superaddere Nostra, judicavimus oportere, quibq et res ipsa magis illustret, et sigui supersunt adhuc abusus, penitus, evellant, quaeq sunt tenoris sequentis videlicet.

1mo Praecipimus ut in minori Mensura Fratribus Clericis professis omnibus ac Laicis novitijs det, ad mensam Refectorij pro prandio et Cena Cerevisia, Sacerdotibus autem et Laicis professis ad Laborem gravem manualem destinatis proportionata Labori, aetati et Sanitati suae Patribq eandem Cerevisiae mensuram tribuant.

2do Ut nemo etiam ex Patribus et Fratribus ex Refectorio tam potabilia quam Comestibilia, ad Celas Religiosas excepto Superiore Locali, tunc quando Benefactores utiles et Conventui necessarios Compellit tractare, nec extra portam Monasterij, nec Saecularibus in Coquina manentibus et commorantibus, sub quovis praetextu praesumat absq Satu Superioris Sui privata authoritate Sua extradere. Praecipuequi Saeculares quidam Patribus et Fratribus etiam in Novitiatibus manentibus varios liquores ex Civitatibus, et Domibus Saecularium adferunt ~~expellant~~ expellat et aditum ipsos in futurum impediat.

3tio Nullus etiam cujuscunq Sit gradus et conditionis (: praecipue qui assueti Sunt crebris Compotationibus :) ad Civitatem, Tabernas, et popinas pro liquoribus quibuscunq mittere audeat, Secus autem facientes eo liquore Clandestini procurato priventur.

4to Tandem. Omnes Religiosi Nostri ne Sine justa rationabili Causa ad Civitatem crebro Vadant, tabernas et popinas nisi in itinere, nusquam visitent ne vili pendat Status Noster Religiosus praesertim vero apud Conventus nostros ubi familiae Studij et juvenes in Novitiatibus educantur in Nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti. Monemus autem in Domino et hortamur, ut Patres tum Provinciales tum Priores locales ideas Nostrae Provinciae verbo exemplo summopere invigilent, ut statim hdi nostra decreta ubiq publice in Conventibus Nostris Legant et ad amussim omnia executioni demandent. Praecipimus tandem

tandem omnibus inferioribus Nostris cujuscunq gradus aut Conditionis existentibus in virtute Stae Obedientiae Sub poena privationis vocis activae et Passivae, alijsq Contra inobedientes per Sacras Constitutiones taxatis. Ut Nullus audeat hisce Nostris decretis Contraire, imo potius manus det ad judices in plenarium Suum Sortiantur effectum. Datt in Conventu Nostro Sancti Patris Augustini de Urbe d 13 Decembris 1777 Anno. Fr Franciscus Xav: Vazquez Prlis

Nostri Mun: off: Sig: L: S:

Mgr Fr Angelus Aug. Lombardi Ordi Secretarius Reg: Lib: 15.

Fr Pachomius Cieukowicz Augustinianus Sa Thlia Bacal Provinciae Diffr et Secretarius, ac Commissarius Provincialis

Nomine et vice Eximii et adm Rndi Pris Mgri Thomae Mobylanski Sa Thliae Drs Prioris Provincialis accessi Conventum Codniensem intuitu peragendae visitationis, quae inchoata ac durante, utrumque Statum lustrando Spiritualem ac temporalem videlicet, conspexi defectum Religiosorum capacium ad obeunda sua munera praesertim vero Subprioris et Concionatoris, unde e Conventu Narodiensi mutavi Rdum Martinum Andraszkiewicz ac in hoc Conventu Codniensi institui in Subpriorem Concionatorem et Depositarium. Datt Codnae die 3. 7bris 1778vo Anno

Fr Pachomius Aug qui supra m.pp

In Nne Dni Nostri Jesu Christi Benedicti Amen. Anno Nativitatis Ejusdem 1779. Mensis Junij Celebrata fuit Congregatio Intermedia hujus Provinciæ Polonæ Ords Erem: S. P. N. Augustini in Conventu Brestensi à Rndo Pre Mro Thoma Kobylanski dictæ Provinciæ Prôali in Diem 30. Supradicti Mensis indicta ad quam die prædicta Convene runt Novem Diffinitorij Patres videlicet R. P. Mr Thomas Kobylanski Prôalis R. P. M. Andre as Zawadzki Diffinitor 1mus. R. P. Mr Rochus Sapalski Diffinitor 2dus R. P. M. Theodorus Raunaher Prior Varsaviensis Præsidens Capituli præteriti, R. P. Bacc. Martinus Lutawski Dif finitor 3tius R. P. Bacc. Ludovicus Kraicwski Diffinitor 4tus. R. P. Bac. Pachomius Czubowicz Diffinitor 5tus R. P. Lector Hilarion Pażtowski Prior Radzichoviensis Diffinitor. Superstes in Locum R. P. Michaelis Nosarzewski Vicarij Prioris Conventus Conneciensis Diffinitoris 6ti, qui ob denegatam sibi facultatem a Gubernio Regio Borussor egrediendi extra Limites, inquibus ille Conventus extitit non poterat adesse. R. P. Alphonsus Oktabinski Prior Orchoviensis in locum de functi R. P. Mri Simonis Gorski Provincialis absoluti dispositione Rmi Pris Generalis Substitu tus et Deputatus = Eadem Die Missa de Spiritu Sto Solemniter Cantata Servatisque Omnibus in Nostris Constitutionibus præscriptis Congregati fuerunt, Diffinitoraliter omnes Supradicti novem Rdi Patres Coram Quibus ante Omnia lectæ fuerunt litteræ de Urbe ad præsens Vinle Diffinitorium directæ, per quas Revrmus Pr Gralis declaravit Rndum Prem Mgrum Erasmum Barthol dianicum Ex Proalem tamen in pnti Congregatione Intermedia in locum defuncti Prôalis absoluti ob causas in eisdem litteris expressas assumi non posse, ac proinde dispensavit, pro hac die tantum atq in locum defuncti Pris Prôalis absoluti Rndum Prem Alphonsum Oktabinski Priorem Orchoviensem Substituit ac deputavit. Hac itaq dispensatione ac Decreto Rmi Pris Gralis Completus numerus Venerabilium Patrum de Gremio Diffinitorij, et authoritate eis concessa eaque sequuntur statuerunt ac publicè notificare mandarunt = Primo Summam duodecim Millium Florenorum Polonicalium pro Censu annuo et Obligatione Centum Viginti Octo Missarum in Anno Conventui Zaturcensi à Msa Dna de Piaskowskie Rauborowska Capitanea Ulanicensi pro tunc Vidua, inscriptum, præsens Venerabile Diffinitorium acce ptat = Dispositiones Familiarium = Provisio Conventus Iluxiensis Electus est in Priorem R. P. Lector Josaphat Cegielski Votis Octo = Provisio Conventus Zydaczoviensis = Electus est in Priorem R. P. Faustinus Paszewicz Votis Plenis = Provisio Conventus Cieszinensis = Electus est in Priorem R. P. Clemens Klunder Votis Octo = Provisio Conventus Ciechanoviensis = Electus est in Priorem R. P. Lector Stanislaus Bradowski Votis Octo = Provisio Conven tus Leopoliensis = Electus est in Priorem R. P. Lector Antonius Stykowski Votis Octo = Provisio Conventus Lublinensis = Electus est in Priorem R. P. Bac. Angelus Byczkowski Votis Plenis = Provisio Conventus Crasnostaviensis = Electus est in Priorem R. P. Bac. Be nedictus Zaręba Votis Octo = Provisio Conventus Vilnensis = Electus est in Priorem R. P. Lector Cæsarius Zawadzki Votis Octo = Provisio Conventus Radomislensis = Electus est in Priorem R. P. Aloisius Kupinski Votis Plenis = Provisio Conventus Racensis = Electus est in Priorem R. P. Romualdus Siekaczynski Votis Plenis. Tandem cum hæc Provincia ex benignissimo favore Rmi Pris Grlis gaudeat denario Numero Mgistrorum et deo nuper duos, nempe R. P. Mrum Simonem Gurski et R. P. Mrum Norbertum Polikowski Exprovinciales, mors in Vida, non sine ingenti totius Provinciæ dolore eripuerit, proinde ut ad impleat hic numerus denarius præsens Venerabile Diffi= nitorium profundissima cum Veneratione Supplicat, Rmo Patri Generali quatenus dignet in locum defuncti Rndi P. Mri Simonis Gorski Substituere R. P. Bac. Ludovicum Kraicwski et in locum defuncti R. P. Mri Polikowski R. P. Bac. Pachomium Czubowicz usque ad Magisterij lauream promovere. Clara enim sunt merita

R. P. Bac:

R. P. Bacc. Ludovici Kraiewski qui tum in laboribus Scholasticis, tum quoque in plausibili Verbi Divini praedicatione in Principali Conventu Varsaviensi cum decore Sacrae Religionis duodenium iam Complevit ac ab Annis sex Praedicator Generalis declaratus Officia quoque Magistri Novitiorum et aliis functionibus meritoriis laudabiliter functus. Laude pariter totius Provinciae resplendere merita R. P. Bacc. Pachomij Czubowicz, qui Continuis laboribus Scholasticis Annis prope duodecim incubuit, ac praedicavit Verbum Dei Ambo integritate Vitae et morum gravitate ornati, ac rerum gerendarum Solertia Editi, qua propter Universa Provincia praefatos Patres dignos esse judicat laurea Magistrali; pro qua obtinenda Venerabile Diffinitorium iteratas porrigit preces, Rmae Pti Vestrae Cuius Gratia etiam praesentat pro obtinendo gradu Baccalaureatus ad complendum numerum sex decennarium R. P. Simonem Woynicz Lectorem = Pro Patribus Vero Lectoribus Thadeo Laskowski et Augustino Margni humillime Supplicat Venerabile Diffinitorium Rmo Generali, ut Eos declarare dignetur Praedicatores Generalis = Supplicat denique Venerabile Diffinitorium Rmo Pri Gnali ut ad Gradum Lectoratus promovere dignetur sequentes R. P. Alphonsum Oktabinski, R. P. Valentinum Morawski, R. P. Simplicianum Masiorski, R. P. Fortunatum Kobylinski, R. P. Placidum Winsch, R. P. Onuphrium Biedinski, R. P. Aurelium Lobkowski, R. P. Faustinum Pacewicz, R. P. Dominicum Brant, R. P. Donatum Zembrzuski, R. P. Valerium Maruchowicz, R. P. Augustinum Bogicz, R. P. Laurentium Jagatkiewicz = Locus futuri Capituli Provincialis relinquitur Arbitrio R. P. Provincialis =
Haec Sunt Rme Pr Congregationis Nostrae Intermediae electiones et Acta pro quorum approbatione et Confirmatione Pti Vrae Rmae Nrae humillime porrigunt preces, Divinam interim Maiestatem pro Vestra incolumitate ac diuturna felicitate deprecamur = Datum in Conventu Brestensi Die 1ma Julij Ao 1779.
Mgr Fr Thomas Kobylanski Aug. Prælis Mgr Fr Andreas Zawadzki Aug. Diff. Mgr Fr Rochus Sapalski Aug. Diff. Mgr Fr Theodorus Raunacher Aug. anteacti Capituli Præsidens Fr Martinus Putawski Aug. Diff. Fr Ludovicus Kraiewski Aug. Diff. Protonotarius Aplicus Fr Pachomius Czubowicz Aug. Diff. Fr Hilarius Jeztowski Aug. Diff. Fr Alphonsus Oktabinski Aug. Diff. in locum Prælis absoluti dispensatione Substitutus = Fr Franciscus Xaverius Vazquez Peruanus Sacrae Thliae Mgr totiusque Ordinis Fratrum Eremitarum S. P. N. AUGUSTINI Prior Generalis Inspectis retro scriptis Actis Congregationis Intermediae Nostrae Provinciae Poloniae Tenore praesentium, Nostrique muneris auctoritate, nec non de Consilio RR. PP. Nobis Assistentium omnes actiones, electiones ac determinationes in Actis ipsis insertas ac descriptas Confirmamus et approbamus, illasque firmas et ratas esse et haberi Volumus, In Nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti = Datum in Conventu Nostro S. P. AUGUSTINI de Urbe Die 6ta Xbris Ao 1779 Fr Franciscus Xaverius Vazquez Prælis Nri Muneris affixo Sigillo = Mgr Fr Angelus Aug. Lombardi Ordinis Secretarius Reg = lib = 27. (Locus Sigilli)

Mgr Fr Thomas Kobylanski Augustinianus Sacrae Thliae Doctor per Poloniam et Magnum Ducatum Lith. Prior Provincialis.
Supra Scripta Acta Congregationis Intermediae à Reverendissimo Patre Generali approbata et Confirmata, atque ad Nos de more transmissa, publicae notitiae ac debitae publicationi mandantes manu Propria subscripsimus, Sigilloque Majori Provinciae communiri jussimus. Datum in Conventu Nostro Vilnensi Die 10ma Mensis Octobris 1779 Ao

M. Fr Thomas Kobylanski Aug. Provincialis

Nostri Muneris officio Sigillo (L.S.)

Fr Pachomius Czubowicz Aug. Prov. Definitor et Secretar.

Magister Fr Thomas Kobylanski Augustinianus Sacræ Theologiæ Doctor Provinciæ Polonæ Prior Provincialis —

Adm. Rndis Patribus Nobisque in Christo Dilectis Fratribus totius istius Provinciæ Polonæ ejusdem Ordinis ac Voti Salutem in Domino —

Præsentium tenore nostrique muneris Authoritate, certiores facimus Omnes Eximios et A.A. Rndos Patres, Diffinitores, ac Priores præfatæ Provinciæ nostræ, qualiter Die Vigesima Secunda Mensis Junij, præsentis Anni Celebrandum erit Capitulum Provinciale in Conventu Nostro Crasnostaviensi, ad quod Omnes præfatos Patres per has literas convocamus et congregari mandamus, quatenus Feria Quinta immediate præcedenti præfatam Capituli diem et non anteâ omnino conveniant in prædicto nostro Conventu Crasnostaviensi, ut Omnibus electionibus in eo peragendis interesse valeant, Alios vero Quoscumque Eximios Patres Quibus Jus competit suffragandi, ut eodem accedere non dedignentur in Domino hortamur ac monemus, Volumus quoque ut in prædicto Conventu Crasnostaviensi sub tempus Celebrandi Capituli personaliter compareant sequentes Patres, scilicet: R.P. Augustinus Zastawski S.T.L. Prædicator Ordinarius cum Concione in Die Dominica habenda, R.P. Amandus Pronkiewicz S.T.L. ejusdemque Actualis Professor Primarius cum Oratione Electorali. R.P. Augustinus Marini S.T.L. Prædicator Jubilis cum oratione Funebrali, Rlgiosus Fr Erasmus Kleyn Subdiaconus ad defendendas Solemnes Conclusiones Sac. Theologiæ in Die Dominica post Meridiem, R.P. Fortunatus Kobylinski S.T.L. ejusdemque Actualis Professor Secundarius qui ejusdem Publicæ Disputationi præsidebit. Præcipimus itaque in virtute Sanctæ Obedientiæ et sub pœnis in nostris Sacris Constitutionibus statutis par. 3. Cap. 9. §. 1. num. 3. ne ullus Religiosus præter præfatos Patres Jure suffragandi fruentes, ac mentionatos, absque expressa licentia a Nobis specialiter concessa ad locum prædicti Capituli Provincialis toto tempore durationis ejus accedere ullo modo audeat. Injungimus autem A.A. R.R. Patribus Prioribus omnium et singulorum Conventuum quinimo stricte eisdem præcipimus, ut unus quisque eorum secum ferat 1mo. Communia Registra Perceptorum et Expensarum, fructuum quoque ex inseminationibus perceptorum, 2do. Inventaria Omnium rerum mobilium tam Conventus quam Ecclesiæ,

ac etiam

ac etiam Prædiorum: 3tio. Computum Missarum tam Perpetuarum quam Manualium, 4to. Testimonium a Patribus Conventus datum, et eorum Manibus subscriptum de persolutis Communellis singulis Religiosis, item de exsolutis mercedibus Famulis; 5to. Residuam a Perceptis Summis collectam pertinentem ad Communem Provinciæ Capsam ab ultima visitatione nostra usq' ad Capitulum immediate celebrandum debitam. 6to. Cathalogum Sacerdotum, Clericorum, et Laicorum sui Conventus; immo eas omnia unusquisq' Prior curet referre Venerabili Diffinitorio, quæ facienda præscribuntur Discretis. Ut autem omnes electiones et singulæ actiones in eodem Capitulo peragendæ a Deo incipiant et per Deum cepta finiatur, hortamur vos omnes et singulos Patres et Fratres in Cristo Dilectissimi ut piis precibus a Deo obtinere satagatis, qua actiones nostras aspirando prævenire, et adjuvando prosequi dignetur; singulorum itaq' Conventuum Vicariis mandamus ut Missam de Spiritu Sancto Solenniter celebrari curent die Vigesima Sexta Junij cum Collecta una de B. V. Ma, altera de S. P. Nro Augustino, ut Sacræ nostræ Constitutiones præcipiunt et insuper quotidie durante Capitulo, alias per dies octo successive quisq' Sacerdos addat Collectam Omnipotens Sempiterne Deus qui facis etc. Post laudes autem et Vesperas in singulis Conventibus in Choro flexis genibus dicatur Veni Creator Spiritus etc. Gloria Patri etc. Kyrieleyson etc. Pater Noster etc. ut videndum est in Sacris Constit. par. 3 Cap. 9 § 4. Nro 2. Bene in Domino valete Datum in Conventu Nostro Vilnensi die prima Mensis Aprilis 1701.

Ermo. (L. S.) Mgr Fr Thomas Kobylanski Aug. Provincialis

Nostri muneris assueo Sigillo: Mgr Fr Pachomius Czubowicz Augustin Prov. Diffinitor et Secretar. Discretus Qntlis mp.

~~II~~

Visitatio Prima Conventûs Codnianensis:

Nos Magister Frater Pachomius Szubowicz Augustinianus Sacræ Theologiæ Doctor, Provinciæ Polonæ Prior Provincialis.

II Auditis ~~II Trunitatis~~ bene Omnium Patrum ac Fratrum depositionibus in Actu Primæ Visitationis per Nos habitæ adstante Superioratu Adm. Rndi Patris Clementis Klander nihil invenimus quod aut correctione egeat aut innovatione, stante vigilanti Regimine præfati Patris Prioris indigeat. Datum in Conventu nostro Codnianensi sub tempus primæ Visitationis die 1 Mensis Februarii Anno Dñi 1792do

[illegible]

In Nomine Dñi Nostri JESU Christi Benedicti Amen.

Fr Henricus Faborowicz Sæ Thæ Baccalaureus et Provinciæ Polonæ Ordinis Eremitarum S. P. Augustini Capituli Provincialis

Præsidens

Nulli dubium est Sacras Religiosorum Familias inter nobiliora Ecclesiæ non solum membra, sed etiam speciosa ornamenta à Summis Pontificibus Sacrisq Oecumenicis Conciliis fuisse connumeratas, ex quibus Fidei Propagatores proprio sanguine Irrigatores, et tandem apud Deum exoratores experta fuit et experitur, ideo earum Conservationi, tanquam pia Mater specialem adhibuit et adhibet diligentiam; Sacrasanctæ Ecclesiæ menti conformans se (: ut justum est:) Rendissimus Pater Mgr Franciscus Xaverius Vazquez totius Sacræ Nræ Augustinianæ Religionis Generalis, ex Paterno zelo quo ardet, ut in Nostro Sacro ordine vigeat regularis observantia diu Noctuq allaborat, ut pristinus Religionis decor, regularis observantia, et virtutum nitor sine ruga conservetur, vel si forte (: quod absit:) in aliquibus orbis partibus collapsus abusibusq obscuratus esset, ad pristinum nitorem, quâ fieri potest omnino reducatur. Idcirco non habito suæ provectæ ætatis respectu, et commodis, quibus sua veneranda senectus post tot exantlatos labores deberet sane quiescere, in Capitulis personaliter præsidet,

pastorali solicitudine depravata corrigent, infirma confirmans, cetera ne labant, con-
solidans. Quia vero vasta distantia Provinciarum impedimento est, quod praedicta per-
sonaliter apud nos exequi non valeat, ideo, ubi per seipsum negilit, per Subdelegatas
exequitur Personas, cujus delegationis sonus, nescimus quo fato in Numerum no-
stros irruit, amoremque privatae vitae qua aliquo temporis intervallo fruebamur irru-
pit. Significamus itaque, et notum esse volumus vobis omnibus et singulis Patribus
et Fratribus istius Nostrae Provinciae Poloniae Augustinianae qualiter a Supradicto Rssmo
P. Mgro Gnali constituti sumus in Praesidentem Capituli Provincialis istius nostrae Provinciae
Poloniae per subsequentes literas, quas pro majori informatione de verbo ad verbum
hic exarandas esse duximus, quarum tenor sequitur, estque talis:

Fr. Franciscus Xaverius Vazquez Peruanus S. T.
Mgr. totius Ordinis Fratrum Eremitarum S. P. N. Augustini
Prior Generalis

Venerabilibus Nobisque in Xsto dilectis Patribus ac Fratribus Provinciae Poloniae
Nostri ejusdem Ordinis Salutem in Dno sempiternam.

Cum ab Excellentissimo ac Rmo Dno Okęcki Episcopo Posnaniensi et
Magno Regni Cancellario fuerit nobis significatum, quod Sacrae Regiae Ma-
jestati Stanislai Augusti II sit pergratum, quod ut consulatur tranquillitati
istius Provinciae, ubi elapso Anno 1781 fuit habitum Capitulum quod nullum
jure declaravimus, denuo Capitulum celebretur, atque ad hunc finem nominemus
Praesidentem unum ex tribus adnotatis Religiosis. Nos qui nihil aliud magis
optamus, quam conformes esse sapientissimis dispositionibus et determinatio-
nibus suae Regiae Majestatis, eisdem libenter inhaerentes, tenore praesentium Nrique
Muneris Authoritate eligimus et constituimus Praesidentem futuri Capituli Patrem
Baccalaureum Fratrem Henricum Taborowicz, ac ita electum constitutum esse
et haberi ab omnibus inferioribus Nostris volumus et mandamus In Nne
Patris et Filii et Spiritus S. Advertimus tamen, quod ad hujusmodi Capitu-
lum celebrandum Diffinitorium non ex Patribus nulliter electis, sed ex Patribus
anterioris Capituli Diffinitoribus constitui debet. Ut autem omnes Patres, quo-
rum causa fuerunt exorta praeterita scandala, cum summa Sancti Nri Institu-
ti detrimento, magnoque animi Nostri moerore, et propriae conscientiae stimulis, et
benignitati, qua eos prosequimur consideratione excitati Capitulum celebrare
satagant tali animorum consensione, quae valeat aedificare seculum, et scandala hucusque
perpetrata reparare: per has nostras literas ab omnibus poenis quibus subjecti
sunt eos absolvimus, et ita absolutos esse et haberi volumus et mandamus, in virtute Sae
Obedientiae praecipientes, ut super talibus culpis perpetuum servetur silentium. O-
mnes tamen ex utraque parte delinquentes exhortamur in Dno, ut consulant consci-
entiae suae, et poenitentes de transactis erroribus Deo satisfacere curent. Praecipi-
mus tandem in virtute Sae Obedientiae, et sub poenis contra inobedientes per consti-
tutiones Ordinis taxatis, aliisque Nostro arbitrio reservatis, omnibus inferioribus Nris
cujuscunque gradus, aut dignitatis existentibus, ut nullus audeat huic Nostro Decreto
contraire, quin potius manus praestet adjutrices, ut plenarium suum sortiatur effectum
Datum in Conventu nostro S. P. Augustini de Urbe die 16 Januarii Anno 1782

Fr. Franciscus Xaverius Vazquez Generalis
(L. S.) Nostri Muneris appenso sigillo
Mgr Fr. Ignatius Dacorte Ordinis Secretarius
Registrata Lib. 19.

Fideliter descriptis Literis Rndissimi P. Nri Generalis per Copiam, firmiter tenes Exim
as Paternittes Adm Rndas, et Fraternittes dilectas illis omnimodam fidem prestituras,
Originales vero literas dum presentes Deo dante Comitiis Provincialibus presidebimus,
notas faciemus. Tenore itaq presentium Nriq Authorittis muneris certiores vos omnes
et singulos facimus de celebrando in Conventu Nro Brestensi die 20 Mensis Junii
anni labentis 1782 Capitulo Provinciali, ad quod omnes Eximios Patres in Sa
Theol Mgros, Omnes Priores, Diffinitores anterioris Capituli, verbo omnes quibus
jus competit, ferre suffragium in Capitulo Proali invitamus, convocamus, et congre
gare facimus. Omnes vero Patres Congregati ad Capitulum veniant bene provisi,
nam unusquisq de proprio vivet, cum sit Capitulum extraordinarium, et nullus est, qui
pro omnibus Capitularibus expensas sustineat, finito vero Capitulo Patribus Ca
pitularibus Conventus Mansionis tenebunt expensas restituere, si ab illis ante
accessum ad Capitulum Proale nil acceperint, et quia in illis ad presens non manent, vel
ob alias similes rationes. Aliis vero Patribus et Fratribus cujuscunq Conditionis, status
sint, precipimus in virtte Spiritus S. et sub poenis in SS. nostris Constit part. 3. C. 9 N. 3
expressis, ne ad dictum Conventum Brestensem toto Capituli tempore accedere pre
sumant, nisi in scriptis accedendi 50 a nobis obtinuerint facultatem. Non graventur
igitur predicti suis titulis Ornatissimi Patres ad Conventum Brestensem pro feria
quinta immediate precedenti Festum S. Joannis Baptistæ prefatam Capituli Proalis
diem et non antea, indispensabiliter convenire. Compareant autem in habitu decen
ti, togati, et tonsuram gerant, quæ religiosam decet honestatem. Mandamus in
super omnibus Patribus Prioribus omnium et singulorum Conventuum, quibus mo
strictissime eis precipimus, ut unusquisq secumferat 1mo Communia Registra in
troitus et exitus 2do Inventaria omnium rerum mobilium et immobilium tam Conven
tus quam Eclesiæ, tum Refectorii, Culinæ, Celarii ac Instrumentorum ad rem oeconomi
cam spectantium 3tio Computum Missarum tam perpetuarum quam Manualium, utrum
sit eis satisfactum necne. 4to Cathalogum Sacerdotum, Clericorum, Laicorum et Oblatorum
5to Collectam pertinentem ad communem Proæ massam, necnon Collectam Rssimo
P. Mgro Generali debitam 6to Injungimus igit omnibus Adm Rndis Pa
tribus Prioribus, ut testimonium afferant a Patribus Conventus, sigillo
Conventus munitum, et propriis manibus omnium Patrum subscriptum de
persoluto vestiario singulis Religiosis usq ad ultimam diem Mez Junii An
ni 1782 inclusive eis debito, ac de exsoluta mercede famulis, et aliis Conven
tui inservientibus, et utrum debita contraxerint, quibus de causis et quantum
Denique qualiter in statu [: quo ad victualia et comestibilia :] Conventum reliquerint
tum de peculio in cassa Conventus derelicto 7mo tandem omnia illa quæ olim
per Discretos mittenda erant, unusquisq Pater Priorum secum ferat Vble Diffini
torio prestanda, si vero predicta prestare contempserint, sciant se a futuro Vbli
Diffinitorio gravissimis puniendos esse poenis 8vo Omnibus autem Patribus
Vicariis sub tempus Capituli Conventus regentibus et gubernantibus strictis
sime precipimus sub poena rebellionis, ac aliis arbitrariis poenis ne presu
mant expensas notabiles superfluas facere, sed parvis sint contenti, bona Con
ventus distrahere, fabricas quascunq novas facere, imo Observantiam regularem
servent, devotioni diligentissime invigilent, maxime in persolvendo Divino Officio,
tam diurno quam nocturno, rem oeconomicam tam in excolendis Agris quam defal
candis pratis diligenter curent, et maxime sobrietatem stricte servent, ne eorum

suo tempore ministerium vituperes. Ut autem feliciori successu inceptum finiatur Capitulum, mandamus omnibus Patribus Vicariis, ut in omnibus Provinciae Conventibus die 21 Junii loco Missae Primariae Missa de Spiritu S.i Solemniter cantetur sine Credo, cum duabus Collectis una B. V. Mariae altera S.i Augni, et deinde per octo dies continuos, ubique in Missa Conventuali, et in Missis privatis addatur Collecta Omnipotens sempiterne Deus qui facis &c post laudes vero et Vesperas flexis genibus dicatur Psalmus ad te levavi oculos meos etc cum Gloria Patri &c Kirie eleyson etc Pater nr etc Et ne nos etc Salvos fac etc Mitte eis Dne etc Nihil proficiat etc Dne exaudi etc Dns vobiscum etc Omnipotens sempiterne Deus qui facis &c Recommendamus quoque omnium Conventuum Adm Rndis Patribus Prioribus, ut praesens Circulus omnibus Patribus et Fratribus ad sonum Campanellae Claustri ter pulsatae Capitulariter congregatis publicetur, et libro Conventus inseratur, post publicationem vero et inscriptionem absque ulla mora via cursoria indispensabiliter remittatur. Bene interim in Dno valete, et pro nobis ac tota Provincia indesinenter Deum omnipotentem orate. Dedimus praesentes in Conventu Nro residentiali Ravensi die 26 Martij Anni currentis 1782. In quorum fidem Sigillo Conventus Ravensis munitas subscribimus.

Fr Henricus Faborowicz Augustinianus Capituli Praesidens idem qui supra mp

Via cursoria sic ordinatur Lublinum, Crasnostaviam, Radziechoviam, Zaturcios, Rodnam, Narodicios, ibique maneat.

Mgr Fr Erasmus Bartolt Augustinianus Sae Thae Doctor per Utramque Poloniam & M. D. Litt. Prior Provincialis de Secundo electus.

Venerabilibus Nobisque in Christo dilectis Patribus & Fratribus totius Provinciae Polonae ejusdem Ordinis ac Voti salutem in Domino.

Post tot funestas dissensionum procellas, ecce dies optatus illuxit nobis, cum Anno Nativitatis Christi 1782 Mense Junio Die 21 Feria 6ta celebrata sunt Comitia Provincialia Ords Eremitar S.i Augustini Proae Polonae in Conventu Brestensi, in quibus praeter spem et expectationem Omnium Praeside Adm Rndo P. Henrico Faborowicz Augustiniano Sae Thae Baccalaureo à Rndissimo P. Mgro Fratre Francisco Xaverio Vazquez totius Nri Ords Priore Grali legitimè Constituto, praelectus est in Priorem Provincialem totius Proae Nrae Polonae Eximius Adm Rndus P. Mgr Fr Erasmus Bartolt Augnus Sae Thae Dr. Eadem die processum est ad electionem Diffinitor, atque in primum Diffinitorem electus est R. P. Mgr Fr Anselmus Frankowski S. T. D. In secundum R. P. Bacc. Fr Angelus Byczkowski, in 3tium R. P. Baccal Fr Adalbertus Kocierzynski Praedicator Gtis, in 4tum R. P. Baccal Fr Simon Woynicz, in 5tum R. P. Lector Rzucki, in 6tum R. P. Lector

Seraphinus Makocki, qui sequentibus diebus servatis omnibus in Nostris
Constitutionibus praescriptis, Congregati Diffinitorialiter una cum A.R.P. Bacc: Henrico
Faborowicz, Praesidente, Fre Mgro Erasmo Bartolt Proâli electo, ac Pa
tre Mgro Fre Thoma Kobylański Proâli absoluto, ea quae sequuntur sta
tuerunt, ac publice notificare mandârunt 1mo ante omnia Rmo P. Grâli praesens
Diffinitorium nomine totius Proâ ad pedes ejus humillime prostratum, solennem
facit deprecationem, quod in anteriori Capitulo tam mite & suave Cor Paternum
exacerbare praesumpserit, ob suam inconsiderationem, & immortales gratias agit pro
Condonatione poenarum propter inobedientiam incursam = 2do quoniam R.P. Mgr
Theodorus Raunacher non parum nocuit Proâ & paci per suum ad Statum
Secularem recursum, respiciendo ejus merita, causasq ab eo allegatas circa hanc
Proâ perturbationem, eundem praesens Diffinitorium ab omni culpa liberum pro
nuntiat, immunem declarat, & ne inposterum similia attentare praesumat, eidem
inhibet = 3tio Ut Optatum finem obtineat Gratia Sae Sedis in reductione Mis
sarum perpetuam hucusq ab Annis plurimis non peracta, supplicat praesens
Diffinitorium Rmo P. Grali, ut dignet concedere facultatem R.P. Bacc: Hen
rico Faborowicz Capituli Praesidenti, quatenus possit ad singulos Conven
tus accedere, et eandem reductionem perficere, cum R.P. Mgr Proâlis aliis nego
tiis distractus, id per se explere nequeat, et singulis Annis in Conventu Vilnen
si Ubi numerosi reperiuntur Religiosi peragat Anniversarium Unius Nocturni
cum Laudibus & Missa cantata juxta Benedicti XIV Decretum ob conces=
sam reductionis gratiam. Insuper quotannis peragant duo Anniversaria, unum
pro Ao Liberati Wolski, alterum Brestae pro Ao Simonis Gorski S.T.
Doctorum Conventuum Benefactorum = 4to P. Bacc: Angelus Zycz
kowski justas exposuit causas, ob quas rarissime & vix aliquando celebrare Mis
sam possit, nempe cum habeat Cerebrum laesum, ob aliquot casus circa Fabricam Cra
snostaviensem incursos, quae Cerebri laesio nulla Arte medica restaurari potest, licetsi
in hunc finem plurimas ex suo patrimonio fecerit expensas, quod comprobant suis
testimoniis Varii & praestantiores in Arte medica experti, hoc defectu etiam nonnulli
Patres in Proâ emeriti jam vita functi per plures Annos laborabant, ideo a praesenti
Diffinitorio declarat ab omni Censura & infamia immunis. Processum deinde est
ad dispositiones Familiar: singulis Conventibus jam notas. Subinde in Secretarium
Proâ ac Socium R.P. Mgri Erasmi Bartolt Proâlis, electus est plenis
Votis R.P. Bacc: Simon Woynicz Proâ Diffinitor. In Diffinitorem Glem ele
ctus est Votis 18 R.P. Mgr Thomas Kobylański S.T.D. Proâlis absolutus
In Discretum Glem electus est Votis 14 R.P. Bacc: Henricus Faborowicz
Capituli Praesidens = Tandem praesentati Rmo Patri Grli promovendi ad gradum
Magisterii R.P. Henricus Faborowicz S.T.B. Capitli Praesidens, qui circiter decen
nio incubuit sedulo Scholasticis laboribus tradendo tam Philosophicas, quam Theo
logicas Lectiones, vitaq sit laudabilis. Ad gradum vero Baccalaureatus propositi Sa
Tae Lectores 1mus R.P. Seraphinus Makocki, 2dus R.P. Cajetanus Sta=
rzeński, qui ultra decennium insudârunt Scholasticis laboribus et praedicationi

verbi Dei in publicis Exedris, 3tius R.P. Simplicianus Mysiorski pariter ultra decennium tum Juri Canonico, tum aliis Scholasticis laboribus incubuit. 4tus R.P. Augustinus Tarlawski 5tus R.P. Augustinus Marini qui munus Praedicatoris plausibiliter variis in Conventibus ultra decennium exercuerunt. 6tus R.P. Michael Nosarzewski Mgr Novitior. egit annis aliquot satisfaciendo perfecte tam arduo muneri = Insuper commendati ad gradum Lectoratus sequentes Patres Andreas Wawrzyszkiewicz, Alipius Niedzielski, Adeodatus Oledzki, Victorianus Czephowski, Romanus Biernacki Constantinus Mierzwinski, Patritius Zaluski Bonifacius Breyer, Adeodatus Nowakowski, Marianus Kobielski = Locus Capituli futuri Proalis proximè celebrandi relictus dispositioni R.P. Mgri Proalis. Sequitur Confirmatio

Fr. Franciscus Xaverius Vazquez Peruanus S. Th. Mgr totius Ord. Fratr. Eremitt S.P.N. Augustini Prior Generalis.

Visis retroscriptis Actis Capituli Proalis celebrati in Proa Nra Poloniae, advertimus quod Nrae Literae in prima Capituli sessione debebant coram Patribus Capitularibus, ut omnibus nota fieret destinatio Praesidentis a nobis facta juxta Nrarum Constt praescriptum, quin hujusmodi solennitas omittenda existimaretur propter extrajudicialem notorietatem aliunde habitam.

Advertimus etiam quod 2dus et 3tius Judex Causar. electi dicuntur unus octo et alter 7 suffragiis, quin dicatur quinam sint, qui habuerunt caetera suffragia usque ad 24 eligentes.

Admittimus deinde humilem supplicationem Diffinitorii, ut omnibus et singulis Religiosis, qui perturbationem Proae causarunt, relaxemus poenas, easdemque penitus relaxemus, eos tamen hortantes in Dno, ut conscientiae suae consulant, religiosiusque de caetero se gerant, ac perpetuum silentium jam à nobis olim impositum super rebus transactis observent.

Committimus Patri Bacc. Fri Henrico Taborowicz facultatem adeundi Conventus singulos, et ubi non fuerit facta reductio missarum, eam faciat.

Caeteras autem actiones, electiones ac determinationes in Actis ipsis insertas et descriptas, tenore praesens Nrique Muneris Authoritate, nec non de Consilio Adm RR. PP. Nobis Assistentium, approbamus et confirmamus, illasque firmas et ratas esse haberi volumus In Nne Pris etc Datt in Conventu Nro S. Augustini de Urbe die 12 Augusti Anno 1782

(L.S.)

Fr. Franciscus Xaverius Vazquez Grales

Nostri muneris affixo sigillo

Registratum lib. 30

Mgr Fr. Ignatius Lacorte Ordinis Secretarius

Haec dum vobis promulgamus Confirmata Capituli Acta, quo possumus Conatu horta
mur = 1mo in Paterna charitate monemus eos Patres et Fratres qui immemores
Suae Professionis, quinimo salutis Aae suae temulentiae dediti, plurima perpetra
re solent scandala etiam à foris et vitiis suis publicis ordinem infuscare non ces
sant, quos nec paterna reprehensio, nec severior castigatio hucusq à malo ar
cere potuit, imo post mites admonitiones pejores fiunt, eos iterum atq iterum ob
secramus, ut saluti Aae suae Consulant, ad Cor redeant, à vitiis inveteratis desistant,
alioquin si resipiscere renuerint, sciant se ad severissimas, et diuturnas poenas
jam pridem à Vbli Diffinitorio sententiatos esse, executionemq istius sententiae
nobis demandatam, quam inviti licet exequi debebimus = 2do Non ignora
tis Patres et Fratres in Xsto dilectissimi, ad quantam et quam gravia mala postre
mis hisce temporibus Nostris Provincia devenerit ob dissensionem fratrum, pro
pterea quod olim Evangelista Joannes Discipulis, hoc ego vobis in praesentiarum
inculco: Diligite alterutrum = 3tio Inculcatio Verba sunt Clem: VIII de
Ref: Reg: quae sublatis licentiis, aut facultatibus, hactenus quibuscunq concessis
degentes extra Conventus Claustra Religiosi nostri, ad ea quam primum revocent,
nec de caetero nisi ex gravissima causa à Sede Aplica approbanda, hujusmo
di facultates concedi possint. Superiores qui tam sctam Constitutionem servare ne
glexerint, à nobis in singulis Visitationibus punient, ac postremo Rmo Patri
deferent = 4to tam: RR. PP. Priores quam denique alii fratres quocunq
gradu insigniti, conficiant sua Inventaria, omnium rerum sibi ad usum conces
sarum, eaq singulis Annis renovent, et ad nostrum adventum in Deposito Con
ventus intacte conservent, idq fiat 1mo Mense à data praesentis processus = 5to
Curent RR. PP. Superiores locales fabricas à suis Praedecessoribus inceptas
quam primum finire, novas fabricas minime inchoare sine Nro Consensu
in Visitatione Conventus obtinendo ad tenorem SS. Constt par. 3. Cap. 17. No 16.
fol. 337, et 338. = 6to Discordias fratrum plerumq oriri tum ex scurrilitatibus
quibus vacare multi in more habent, tum ex nimia licentia Epistolarum, quas sparge
re per Provinciam plerisq usuvenit: quare scurrilitates quidem serio interdicimus,
Epistolas vero in proprio quidem negotio permittimus, jam vero quis quid agat
in Unoquoq Conventu alteri deferre, id vero penitus inhibemus, strictum super
his examen in Visitationibus Nris inducturi = 7mo Ut infra 24 horarum spatium
quicunq eleemosynam aliquam pro Missa vel Missis dicendis, aut alio aliquo
Officio Celebrando receperit ab aliquo, teneatur eam Priori vel Sacristae integraliter
Consignare praeceptum formale est SS. Constt Nrarum par. 3. C. 20. No 3. pag 353.
quam ob rem idem praeceptum in Conventibus Nris servare stricte praecipimus, qua
propter quo exactius satisfiat Obligationibus Missarum in Ecclesiis Nris perceptarum
quotidie sive P. Sacrista, sive Superior localis faciat computum Missarum dictarum
ut à Numero dicendarum deleant ad tenorem SS. Constt loco citt: Elenchum nihilominus
Missarum dicendarum in Visitationibus Nris producturi = 8vo Inhibemus item, ta

P. Sacristae pro tempore existenti quam omnibus et singulis Prioribus localibus ne supra vires recipiant onera Missarum etiam manualium, nec cuiquam eleemosynam, seu eleemosynas pro Missis consignent spe lucrandi Missas pro sua intentione, aut pro victu seu mansione, turpe lucrum in hoc semper praecaventes non attenta etiam per alium satisfactione praetensa = 9no. So Fratrum mutationes a toto Capitulo factas etiam Prior Localis immutare non potest, nam quae tanta Patrum consideratione disposita sunt, de facili immutari non convenit, nec decet, multo minus fieri potest id a quoquam Priore locali alicujus Conventus et nihilominus factum a quibusdam, quos subticeo, moneo tamen, ne amplius id faciant, strictam curam nobis in Visitatione rationem reddituri, imo etiam ipsi Rmo Pri Nro Gnli deferendi, ulterioribus poenis mulctandi = 10 Haec dum vobis commendamus, precibus etiam Vris commendamus Animam R. Mariani Kobielski Sacerdotis Ord. Nri jam post Capitulum nempe 2 Julii vita functi. Animas item Benefactorum nostrorum atque Confratrum Mssci Dni Dominici Sobolewski Conventus Varsav. Benefactoris faventissimi, tum MM. Dominarum Catharinae & Annae Lochowska ut illis DEUS retribuat vitam aeternam. Bene in Dno valete. Datum in Conventu Nro Residentiali Varsaviae ad S. Martinum Episcopum die 20 Septembris Anno 1782do.

Mgr Fr. Erasmus Bartolt
Aug: S. T. Dr Provincialis mpp

Nostri muneris affixo sigillo
Fr. Simon Weynicz Aug. S. T. Bacc.
Diffin. Prov. et Secr. mpp

Magister Fr. Erasmus Bartolt Augustinianus Sacrae Theologiae Doctor per utramque Poloniam & Mag. Ducat. Lith. Prior Provincialis

Dilecto Nobis in Christo Rndo Patri Simoni Weynicz Augustiniano S. T. Baccalaureo Prov. Diffinitori ac Nostro Secretario salutem.

Quum ob debilitatem Nostram, qua adhuc detinemur, ad Conventus remotiores accedere minime valeamus, idcirco de Vra Reverende Pater Simon Weynicz, prudentia ac dexteritate plurimum in Dno

Domino confisi, te in Commissarium Nostrum & Visitatorem Provincialem Conventuum Kodnianensis & Narodyensis pro hac sola vice constituimus ac deputamus, Dantes Tibi omnem Authoritatem ac potestatem, quam Caeteri Commissarii Nostri ac Visitatores Provinciales habere consueverunt. In Nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti. Praecipimus autem omnibus Nobis inferioribus in virtute Spiritus S. & Sub poena rebellionis, quatenus te Commissarium & Visitatorem Provincialem à Nobis ut supra constitutum in omnibus recognoscant, Tibiq obediant. Dedimus Grientes die 1. Martij Annô 1783. Sub tempus primae Visitationis Nrae Laturcijs. In quorum fidem manum propriam apponimus

Mgr Fr Erasmus Bartolt
Provlis mp

Fr Simon Woynicz Augustinianus Sae Thae Baccalaureus Provinciae Diffinitor et Secretarius Commissarius Provincialis et Visitator.

Sic placuit Superis Patres et Fratres in Xto Amabiles ut Admodum Eximius Pater Magister Erasmus Bartolt Aug Sae Thae Doctor de secundo Almae Nostrae Provinciae Provincialis Vigilantissimus, tâ ob debilitatem Suâ in quo haeserat nô sine intimo dolore totius Provinciae detineatur quâ ob magnâ loci istius distanciâ, et gravitatem temporis, Conventum hunc Codnianensem Personaliter Visitare nô potuisset, tamen ut Vigilantissimo Officio Suo Satisfaciat, nobis Literas Suas Commissariales datas Laturcijs, ... Superius iâ Specificatas demandavit, ut hunc Conventum Codnianensem Primario Visitemus. Cujus gratissimae ac Paternae dispositioni Satisfaciendo gravis eundemque immeriti et indignj, accessimus tamen Divina Gratia confortati, ad Visitâdû hucce Conventû, in quo Statum primo inquisitus nô Sine cordis maerore, lustrâtes Utrumque Statû tâ Spiritualê quô temporalem, Conspeximus Statû irreligiosû: Regularê Observatiâ dissipatô, charitatem Dei et proximi extinctâ, Pacem direptâ, Verbo dicâ talem Nostrum Conspexi Statû, quem nec Circumscribere, nec Nominare Valemus; nisi Deû deprecare ut tâ graviter Errantibus Religiosis in via Salutis. Unde per Suâ pijssima Clementiam ignoscat. Si fas mihi foret omnes hic exprimere negotia ... ne pejora prioribus à Modernis Fratribus ad hunc Conventum designatis perpetrentur. Salubrius judicavimus

post liberā Spontaneāq Resignaōnem Prioris, et Amocionem
fere Omnium Fratrum in hoc Conventu hucusq existentium,
perpetuo Silentio Omnibus Scandalis imponere finem. Ne tamen
post liberā Resignaōne Prioris, et post Amocionem Patrum, et Fra-
tris Conventus iste et celebria sit desolata, statuimus tam spiri-
tualibus quam temporalibus sine bona dispositione et Regimine perma-
neat, Nomine et Vice Eximij ac Adm Rndi Patris Magistri Pro-
vincialis in Praesentiarum instituimus in Vicarium Priorem
huius Conventus Adm Rndum Patrem [illegible] Zutacki Aug-
ste [illegible] Lectorem Supriorem Conventus Varadiensis 39
dantes eidem omnem Authoritatem quam solent Vicarij Priores
habere Salva tamen dispositione Eximij Patris Nostri Provin
cialis Vigilantissimi: quem sic a Nobis institutum per
Viscera Jesu Christi Rogamus, hortamur, et Obsecra
mus, ut Praesentibus Ordinationibus quae pro Edificatione
Collapsae Regularis Observantiae hic continentur, manu por-
rigat diutissime, ea Adamussim [illegible] servando. et primo
[illegible] Omnes Fratres in hoc Conventu degentes,
et [illegible] maxime in hac miseria et Calamitate po
sitis ut habeat prae oculis Laudem Dei, horum persol-
vendorum gratia cum Meditationibus Matutinis et Ve-
spertinis et Completorio indispensabiliter in Capella
ne tener [illegible] exat hortamur Ame
[illegible] Obedia quo tangit Amorem
Dei et Proximi [illegible] exhibeat, pacificos exemplares
et hunc Paupertate Conventus professi, ita ut qui ad-
versus sit nihil habeat mali dicere de nobis. 2do
Praecipimus Rndo Patri Vicario Praesentaneo et protem-
pore Existenti ut cum Religiosis Sibi Subiectis pa-
tientia procedat, et secundum Commoda possibilitatis
necessaria quo ad victum et Amictum eis ministret; ne
tum quaerere Panem in domo Gratiosissimi Fundatoris
Sicut maximus Abusus in valuit, quod Religiosi [illegible]
morate Saepe adibat Aulam cum Opprobrio Conventus
quamvis non invitati, ibi spargentes Ambages, discordias,
Diffamationes cum detractione famae revellando omnia
quae fecerunt, quomodo vivunt, quomodo agunt intra septa
Monasterij [illegible] et alias innumerabiles falsitates, et men-
dacia Contra [illegible] Conscientia Oblite Dei Conditoris
Sui et Vocationis, contra miseros Superiores quam
contra dispositiones Provinciae, etiam revellando Secreta
Ordinis et Conventus cum detrimento famae Sacrae Re-
ligionis Nostrae. quapropter parcus esse debet Reveren-
dus Pater Vicarius in Concedenda tali facultate nisi
Religioso associato, sed hoc rarissime ut expedita
Gratiosissimi Fundatoris Aula eius accedat ima et ipse
Vicarius Nisi necessitas Urgeat associatus. Autem intra
bit.

3tio Arca Depositi Juxta Sacras Constitutiones Sub pena
Privacionis Ab Officio Confieri faciat Pater Vicarius et
nunquam Solus Expendat neq; aliquit recipiat, ut Nisi
Servato laudabili more et modo in Sacris Constitutioni-
bus praescripto, Sic enim faciendo nō dabit Ansam
loquendi de injuria Conventui illata Sicut huusq; per Sae-
culares [illegible] et male [illegible] taliter de Omnibus [illegible]
depositarium in [illegible] iure devoluto Rndo Patre
Subpriore et Concionatore qui a Deposito unam habeat
Clavem, alteram R.P. Vicarius 4to Lecio Spiritualis ad
Mensam Signanter Regula S. Patris, Constituciones, Ordi-
naciones Capitulorum, et Decreta Summorum Pontificum ac Sa-
crae Congregationis Statutis diebus et Temporibus legi de-
bent et Casus Conscienciae Saltem bis in Septimana p[er]
ipsum met R.P. Vicarium 5to Ingressus Celarum Omnibus ab-
hinc interdicitur et Clausura Stricte Servanda, Excepta
Patris Vicarij Cela ad quam Graciosissimis Fundatoribus
aditus Semper liber permanebit et in eorum Presentia
Ceterisq; Benefactoribus Conventus istius graciosissimis
neq; Excipimus Celam neque huusq; ad Presens resi-
dentiis [illegible] titulo Magnificus Subcapitaneus Existit, imo Patri
Vicario demandamus ne illum intra Clausuram Mo-
nasterij [illegible] Simul cum fratribus diutius teneat,
si Siplacebit illi Cohabitare in Predio opere reparato,
Salva tamen Conventus injuria et justicia in Omni-
neq; permittat habere Multas Personas neq; [illegible]
[illegible] quam devotionem demonstrantes, quae [illegible]
possunt cum detrimento boni Conventus [illegible]
6to Regestra fabricae R.P. Vicarius in similitudinem Rege-
strorum Conventus faciat in quibus tam percepta pro fa-
brica uti expensas Capellania et Braxatorio ac Elemo-
sinas Si quae erunt lucide et distincte Scribat, de Nomi-
ne et Cognomine Benefactorum, Similiter et Expense fa-
ctae pro fabrica evenienti. 7mo R.P. Vicarius Curabit reci-
pere Calcem et Lapides a Magnifico Fundatore in tali
quantitate ut Duae Fovea adimpleri possint Sicut fu-
erunt antea, ac etiam Regestra per Patrem Clementem ad
usum ante Concessa, item Curabit Semper [illegible] Augmen-
tum boni Conventus, Saltem ut [illegible] Statum illius teneat
Sicut docet nos [illegible] et documenta quae Sibi pro Pri-
mo perlegat Caveat ab hinc aliquid alicui Commendare
vel magis alienare: Si poterit Juxta possibilitatem ob-
tento aliquo Benefactore Ecclesiam pro Augmento glo-
riae Dej finire debet, Magnificis Fundatoribus omnem
reverentiam exhibeat Salva tamen Semper iustia et
accomodatione sine injuria Conventus et detrimento boni
Communis 8vo Cum Religiosi habet quid ad Manducandum et
bibendum praecipimus Patri Vicario ut Servet praescri-
ptum modum in Executione ultime Conscriptum in Capitulo Var-
saviensi

33

9no Silentium omnibus in locis strictissime observetur, nunquam Existentes Clamores, Contumelia, Maledictiones Cum Scandalo hominum nec absque opprobrio Nostri Status ita ut in Omni Statu et in Omnibus Motibus Vestris nihil fiat quod Cuiusquam Offendat Aspectum sed quod Vestram decelat Sanctitatem nec frivolitatem 10mo Annuendo Mandatis Reverendissimi Patris Generalis Amovemus ex hoc Conventu V. Patrem Reunder ad Proximiorem Conventum nempe Varsaviensem de familia, ut ita Proximius Existens possit habere in suis necessitatibus Sublevamen, A Consanguineis et Amicis, quos etiam prius Visitare poterit, quam in Conventu Varsaviensi se presentem sistere expensis tamen propriis tam pro se quam pro Auriga ne Conventus Miserculus ratione illius particularis Negotij tam magnum patiatur damnum Praecipientes eidem Submerito Salutaris Obedientiae ut negotia sua quam primum finiverit in Conventu Varsaviensi se sistat 11mo Fratrem Hiacintum Lajun ex hoc Conventu Certis de Causis Amoventes Conventui Crimestaviensi Aplicamus, pro questuario, in Cuius Locum asignamus Fratrem Albinum, Fratrem Vero Gasparum Urbanski itidem multis de Causis amovemus ad Conventum Narodicensem ubi quo si ille bona Conversatio Cum fuerit Sobria et Religiosa, iuxta Placitum Prioris Localis poterit Creari in Concionatorem nisi servatis servandis quae de Concionatoribus in Visitatione prima Conventus Narodicensis Ordinata sunt. modo Vero Admodum Reverendus Pater Grodzicki Sacrae Theologiae Lector Officium Superioris et Concionatoris ad Quplebit 12mo Obsecramus Vos per Salutem Animae Vestrae Patres Amantissimi et Carissimi Confratres, ut habeatis Zelum Sanctae Religionis, Boni Communis Religiosamque pietatem et sinceritatem Haec enim Vos Omnibus Secularibus Personis etiam malevolis Commendabit, et efficient, quod omnia pro Gloria Dej et Salutem Animae Vestrae ordinate facietis. Benedicam in domino Valete ac Pro incolumitate diuturnaque Salute moderatoris Nostrae Almae Provinciae de Secundo Vigilantissimi, ac Nostra, et incremento totius Provinciae ac Concordia et Pace Deum Per Maxime Omnipotentem Orate Dedimus in Conventu Cedniaviensi Die 25ta Mensis Martij A 1783 Anno Sub tempus Visitationis Primae.

Fr. Simon Weyneiz Aug. S. P. Provinciae Definitor
et Secretarius idem qui supra mpp

Quoniam post visitationem transactam pos [illegible] Capitulum inter acceptos [illegible] pro questuario, ut petatores includat [illegible] et velut infames et scandalosos, ociosos [illegible] ne sit scandalosior, [illegible] de [illegible] 26 Martij 1783. Fr. Simon Aug. mpp

Mgr. Fr. Erasmus Bartolt Augustinianus Sa. Ta. Dr. per Poloniam et M. D. Lithuaniæ Prior Provincialis

In secunda Provinciali Visitatione nostra, Omnibus et Singulis Patribus et Fratribus in Christo Dilectissimis, in Virtute Sæ Obedientiæ, Strictissime præcipimus, Quatenus Clausuram Religiosam observent, neq extra limen Clausuræ pedem moveant, absq licentia Superioris Sui; idq Sub pœna Excommunicationis Papalis ipso facto incurrenda: Sed neq a Feminis cujusq ætatis, et Conditionis eamdem Clausuram ullo pacto violari permittant; Scientes Censuras incurrere, non modo violantes clausuram, sed quoquomodo Mulieres cujuscunq ætatis, et Conditionis intra Septa Claustri ingredi permittentes. Nihilominus intra Septa Claustri absq Superioris Sui licentia ut ad hortum Claustralem Spatiatum, dietim, Fratres toties quoties voluerint vadant permittimus.

Secundo Utraq Porta Clausuræ, tam quæ respicit Sacristiam, quam Quæ Claustrum occludit, die noctuq maneat occlusa; Super quo Rev. Pris Prioris, aut in ejus absentia Subprioris, diligentiam exoptamus.

Tertio. Tam hora Octava Matutina pro Meditationibus et horis Canonicis, quam hora tertia pomeridiana pro Vesperis, et hora Quinta pomeridiana pro Matutino, in Ecclesia et non aliter dicendo, semper indispensabiliter à Subsacrista detur Signum Campanæ.

Quarto. Ne in Laboribus Suis deficiant Fratres, præcipimus eis Sufficientem dari portionem; idq More Majorum Conventuum. semel aut bis in Hebdomada tribuatur accanthus; nunquam vero Fratres principali portione Carnis bovinæ, aut Piscium priventur.

Quinto. Tam Regulæ lectio. Semel in hebdomada, quam Decretorum; intermittatur nunquam. - immò

nec Lectio Quotidiana ad Mensam, ne Sola Vobis fauces Sumant Cibum, sed et Aures esuriant Dei Verbum. Dedimus die 15 Januarii 1784. In quorum fidem manum propriam apponimus

M. Fr Erasmus Bartolt Aug
Provincialis mpp

Rezolucya

Dla Gromady Klasztorney Kodniańskiey

Pierwsze. Pańszczyzna Dni dwa bawiąca o mil dwie, z Lasu dnia drugiego późno powracaiąca, aby za dwa dni była rachowana.

Powtore. Daremszczyzna, ieżeli nie iest we zwyczaju u Dziedzica, niech nie będzie y w Klasztorney Gromadzie, y za dwa dni roboty, niech się dwa rachują.

Dana dnia 14. Stycznia Ru 1704.

X Mr Erasm Bartolt Aug
Prowincyał mpp

Mgr Fr Erasmus Bartolt Augustinianus
S. T. Doctor per Poloniam et M. D. Lithvaniæ
Prior Provincialis.

Rev. Pr. Antonine Stryikowski Salutem.

Omnis Sacerdos, magis Religiosus, ceu Agnus, ni mansvetus, obediens, humilis, patiens, pius ac misericors, esse non potest: ast tu Rev. Pr. Stryikowski immemor vocationis tuæ, in omni loco te ferocem, superbum, immitem, ne dicam impium, ostendisti, ut ex omnium confessione, et tuamet oris confessione clare agnovimus: nam et a pris, dum esses in Capellania Berdiczoviensi, præ furore tuo, fœminæ cuidam alapam impegisti; hic in Conventu famulos Claustrales protrusisti, imo quod plus etiam Superioribus tuis minime pepercisti; nam lingua tua feroci, ceu gladio acuto, eosdem cædere in conspectu Fratrum non erubuisti. Plus ultra absq licentia Superioris tui, a Conventu recedens, per tres dies in Sæculo extra Septa monasterij mansisti. Quare Excommunicationem majorem ob recessum a Conventu incurristi, imo toties, quoties manus violentas, etiam in Sæculares injeceris — alias quoq pœnas promeruisti, necnon privationem utriusq vocis activæ et passivæ, imo et gradus tui. Nihilominus tecum misericorditer procedendo, absolvendum te præprimis a Sententia Excommunicationis majoris decernimus, et ad Recollectiones dierum decem in Conventu Radziechoviensi absolvendas, Sententiamus. Lata fuit et lecta hæc Sententia Die 15. Janüarij Anno 1704. Sub tempus Secundæ Visitationis Conventus Codnianensis.

Mr Fr Erasmus Augustinianus
Provincialis mpp

In Nomine Domini Nostri Jesu Xto Benedicti Amen

Processus Convocationis pro intermedia Congregatione in Conventu nostro Ravensi celebranda.

Nos Fr Erasmus Barkott Augustinianus Sacrae Theol Doctor, per Poloniam et Magnum Ducatum Lituaniae De Secundo Prior Provincialis

Inhaerendo Sacris nostris Constitutionibus par: 3tia Cap: 12. de Celebranda in medio Quadriennii Intermedia Congregatione. et Novissimo Decreto, Reverendissimi Pris Nostri Mgri Fratris Francisci Xaverii Vazquez Peruani Sacrae Theol Mgri, Totius nostri Ordinis Prioris Glis, de Capitulis Provincialibus, et Congregatione Intermedia, Feria Sexta post Festum Visitationis B.V. Mariae, immediate Sequente, Celebrandis Tenore praesentium Nostrique muneris Autoritate, indicimus praedictam Congregationem, In Conventu Nostro Ravensi, die 9na Mensis Julii, Anni praesentis 1784ti, Celebrandam, ad quam pro die praedicta convocamus EE. ac Admodum RR. Mgrum Thomam Kobylanski Sacrae Theol Doctorem Provincialem Absolutum Conventus Vilnensis Priorem, Diffinitorem Generalem EE. ac Adm RR Patres Anselmum Frankowski Sacrae Theol Doctorem Provincialem Diffinitorem Henricum Zaborowies Sacrae Theol Doctorem Priorem Casimiriensis ad Cracoviam Capituli praeteriti Praesidem. AA RR Patres Angelum Byczkowski Sacrae Theol Baccal Conv Lublinensis Vicarium Priorem, Adalbertum Kozienski Sacrae Theol Baccal Praedicat Glem Mgrum Novitiorum Simonem Woynier Sacrae Theol Baccal: Prov: Secretarium. Seraphinum Malocki S. T. Doctorem Baltasarum Spiczki S.P.L. Praefectum Fabricae Conv. Czechanoviensis Provinciae Diffinitores Insuper quod si casus occurrerit aliquem exire Diffinitorem ex Diffinitorio, ad Complendum Corpus Venerabilis Diffinitorii, E. ac A. R. Patrem Mgrum Doct Teodorum Raunaker Priorem Brestensem, A.R. P. Augustinum Zastawski S. T. B. Priorem Vielunensem tanquam Superstites. Praeter vero Praenominatos Patres, Compareat nemo, nisi cum Licentia nostra in scriptis expressa, sub poenis in Sacris Consti: taxatis. Ut autem felicem successum incepta fiat Congregatio, mandamus ad tenorem Sacrarum Constitutionum Par. 3tia Cap: 12mo nro 3to. Ut in Omnibus Prov: nrae Conventibus memorata die 9 Julii, immediate post Primam de Mane, Missa de Spiritu S. Solenniter et devote Cantetur

sine Credo tamen cum duabus Collectis Una B. V. Mariae
Altera S. P. N. Augustini. Quod si aliquo casu litterae nostrae
denunciatoriae, de morte nostrorum Fratrum, ad Omnes Conventus
non devenerint, post Capitulum eorum vobis seriem adnectimus, recommendantes
videlicet animas. R. P. Alipii Grzybowski S. T. L. Superioris
Conv. Bresten. pie demortui 1ma Obris 1783. Fris
Stanislai Dobrotceki Laici ex Conv. Ciech. apud suos Con-
sanguineos demortui primis Obris ibidemque sepulti in Eccl.
Parochi: Ostrolęsciana V. P. Michaelis Radanowicz In Conv.
Vilnen. 12 Febr. R. P. Dionisii Cichocki Conventualis Martii
Adnectimus quoque Alteram seriem Confratrum Ordinis Defun.
R. P. Laurentius Sznayder. Joseph Waygart Dzeliński
norum. Domina de Bzowskie Kwaśniewska 1ma Maj
1782. Magnifica M. D. Przybylski Praepositi Zatosc. 20 Aprilis
1783 Grrozek M. Grinnet 8 Julii 1783. M. D. Czerzesowa
Viceren. Braclav. 10 Julii 1783. Illustrissima Domina de
Principibus Czertwetenskie Sadowska Capitanea Lto.
nimensis 1ma Junii 1783. Mag. Ulatowski Burgrabius
Castri Ravens et Teresia Consors ejus. Recommendamus
quoque omnium Conventuum Admodum Rdis Patribus Prioribus
ut praesens Processus Omnibus Patribus et Fratribus
Capitulariter ad sonum campanulae ter pulsatae Claustri
congregatis publicetur et in Libro conventus inseratur post publi-
cationem vero absque ulla mora, via Cursoria indispensabiliter
remittatur. Mandamus insuper Omnibus Sacerdotibus Provinciae Nostrae
quatenus per triduum continuum, a publicatione praesentis
Processus in missis addant Collectam pro Infirmo Reverendissimo
Patre Nostro Magistro Priore Generali morbo apoplexiae de-
repente tacto Decimus in Conventu Nro Ciechanoviensi D. 24 May 1784.

Mgr. Fr. Erasmus Bartolt Aug.
Provincialis
[signature]

Via Cursoria
Lublinum
Crasnostaviam
Zatuscios
Codnam
et Narodicios

Mgr. Fr. Erasmus Bartolt Augustinianus S. Thliæ Doctor, per utramque Poloniam, Pomeraniam, & Magnum Ducatum Lithvaniæ, de 2do Prior Prlis.

Quo omnes Congregationis nostræ Intermediæ in Conventu Ravensi Dª 9. July Año Curentis Celebratæ, ad publicam notitiam devenerant, jam a Rmo Mgro Fre. Augustino Antonio Georgi Vicario Grnli totius Ordinis Nostri approbatas & confirmatas vobis omnibus Pres. et Fres. in Christo Dilectissimi tenore præsentium Nostriq; muneris authoritate promulgamus. Summam Millium Quinque Fl. Polonicalium a Mgco Generoso Dño Leone Duczymski Dapifero Prasnensi Conventui Ciechanoviensi pro Fabrica Ecclesiæ et Monasterij gratiosissime oblatam, cum obligatione duorum Anniversariorum cum duabus missis Cantatis & 22. Missarum intra Annum Lectarum acceptat præsens Vnle. Diffinitorium 2do. Residentiam Malinensem pro duobus Rlgsis cum Ecclesia ibidem sita, ab Illri Mgco Gnso Dño Kordysz Notario Terestri Braclaviensi Constructa & Ecclesiæ Nræ Parochialis Narodicensi per Grnle Officium Kyoviense & Consistorium aflicta cum dote pensionis Mille Fl: annualium & Centum Coretorum cujuslibet frumenti, & grani: Itidem præsens Vnble Diffinitorium acceptat.

3tio V.P. Adeodatus Olędzki ad Ecclesiam Nostram in Magna Kioz destinatus Concionator, adnumeratur

Filijs Conventus Ciechanoviensis. 4.to Octo Aurei nummi ut refundantur a Praesentaneo Superiore Conventus Kioz nensis Fri Casimiro Zemplinski decernitur a Vnbli Diffinitorio praesenti 5.to Ne Summae aliquorum in Provincia Conventuum, & quidem notabiliores ex Supellectili Ecclesiastica Argentea sterilescant, Uti Cracoviensis ascendens prope ad viginti Millia Fl. Pol. Jlussuensis Duodecim Millium, Vilnensis trium Millium. Ciechanoviensis Quinque Millium octaginta septem Gross. II. Zaturcensis ad tria prope Millia Vielonensis Duorum Millium octogentorum trium Supplicat pro inde praesens Vnble Diffium Rmo Patri quatenus opportunam facultatem convertendi Summas praefatas aut in fabricas Monasteriorum ex quibus census competens percipi possit, sive elocando aut succurendi in evitabili necessitati reparationis Conventuum et Ecclesiarum praecipue Ciechanoviensis & Vielonensis opportunam in quam facultatem impertiri minime dedignetur 6.to Demum post liberam resignationem R. P. Mgri Fris Henrici Zaborowicz electus est in Vicarium Priorem Conventus Cracoviensium votis 1. R. P. Bacc. Fr. Simon Woynicz Praevia spontanea in Scriptis resignatione R. P. Baccal. Fris Michaelis Nossarzewski, in Vicarium Priorem Contus Varsaviensis, electus est votis plenis R. P. Baccal. Fr. Adalbertus Kocierzynski attenta infirmitate seu morbo Peralitico R. P. Mgri Fris Theodori Raunacher electus est in Vicarium Priorem

Conventus Brestensis R. P. Baccal. Fr. Augustinus Zastawski votis. 8. In Vicarium Priorem Conventus Ciechanoviensis electus est R. P. Lr. Fr. Fortunatus Kobylinski votis. 6. In Vica: Priorem Contus Vielonensis electus est R. P. Fr. Aurelius Zieluznowicz Votis 8. In Vicarium Priorem Contus Jlensensis confirmatus V. P. Gulelmus Postolski. In Vicarium Priorem Contus Lublinensis electus est R. P. Lr. Fr. Alloysius Kupinski Votis plenis In Vicarium Priorem Conventus Crasnostaviensis electus est Votis. 6. R. P. Baccal. Fr. Seraphimus Makocki In Vicarium Priorem Contus Conecensis in Pomerania Confirmatus R. P. Lr. Fr. Norbertus Proskie. In Conventu Zaturcensi in Vicarium Priorem electus est R. P. Baccal. Fr. Augustinus. Maryn votis. 7. In Vicarium Priorem in Conventu Codnensi electus Votis plenis R. P. Baccal. Balthasar Pęcki In Contu Narodicensi electus est in Vicarium Votis plenis R. P. Nicodemus Gerwatowski Pro Residentia Malinensi destinatus Presidens R. P. Fr. Antonius Gozdzicki. In Secretarium Provinciæ electus est votis 8. R. P. S. Thæ. Lr. Fr. Faustinus Paciewicz. Tandem Considerando præsens Vnble Diffinitorium Virtutes et merita R. P. Baccala. Fris. Adalberti Kowierzynski Prædicatoris Glis. Qui in defesus in Verbo Dei in principalis Ecclesiis Nostris per Annos 16. prædicando intrepide aque ac Vigilantissime usque ad hæc tempora

in Conventibus Varsaviensi, & Vilnensi Novitiorum Mgrae;
Eundem pro obtinenda Laurea Magisterij & Doctoratus
Rmo Pri Mgro Priori Grali Vle Diffinitorium præsentat,
& supplices porigit preces uti & pro obtinendo Baccalau-
reatu R. P. Lrem Frem Thadæum Laskowski Prædicatorē
Gnrlem: Qui in Conventibus Varsaviensi, Cracoviensi, Vil-
nensi & Ciechanoviensi munus Concionatoris per Annos
14 cum plausu obivit, Itidem Rmo Pri Mgro Priori
Grali præsentat, Quo Juniores Religiosi ad Studia-
Alliciantur, Supplicat postremo Rmo Pri Vble Diffinito-
rium, quatenus gradum Lris conferre minime dedignetur
Sequentibus Patribus Fratribus Severino Ostrowski, Ber-
nardo Janowski Antonio Sławka Josepho Augur, Philipo
Dzubinski, Erasmo Klein, Augustino Domanski, Antonio
Grodzicki, Aurelio Zielaznowicz Simoni Zerzycki,
Audacto Ciehocki, Qui aut Studijs egregie incumbere aut
cum fructu populi & ædificatione verbum DEI prædicare
dignoscuntur in Varijs Ecclesijs Nostris. Atq hæc sunt
Rme Pr Congregationis Nostræ Intermediæ Electiones-
& Acta pro quorum Approbatione & Confirmatione
Pti Rmo humillime porriguntur preces, Divinam interim
Majestatem pro Vestra Incolumitate, ac diuturna felicitate
deprecamur. Dattum in Conventu Nostro Ravensi D 12
July 1784 Anno Mgr Fr Erasmus Bartolt
Augz Prvalis Mgr Fr Thomas kobylanski Augustz
Ex Prvalis Mgr Anselmus Frankowski August
Prov Diffinitor

Mgr. Fr. Henricus Taborowicz August. prdtti Capitu
Praesidens. Fr. Angelus Bydzkowski Augus. S.T.B. Prov.
Diffinitor Fr. Adalbertus Kocierzynski Augus. S.T.B. Prov.
Diffinitor Fr. Simon Weyniez August. S.T.B. Prov.
Diffini. Fr. Seraphinus Makocki August. S.T.B. Prov.
Diffinitor. Fr. Balthasar Pecicki August. S.T.L. Prov.
Diffinitor.

Sequitur Approbatio.

Fr. Augustinus Antonius Georgi S. Theol. Mgr.
totius Ord. Erem. S. P. N. Augustini

Procurator Glis. & Vicarius Glis.

Visis retroscriptis Actis Congregationis nostrae Prov.
Poloniae Intermediae, tenore praesentium nostriq. Muneris
Authoritate, nec non de Consilio Adm. R.R. P.P.
nobis Assistentium decernimus per Epistolam respon-
dendum de eo, quod spectat ad Summam Conflatam
ex Supellectili Ecclesiastica Argentea plurium Conven-
tuum in iisdem Actis enuntiatorum. Literas vero Actiones
Electiones ac determinationes Actis ipsis insertas, & des-
criptas approbamus & Confirmamus, illasq. firmas &
ratas esse, & haberi volumus. In Nomine Patris & Filii
& Spiritus Sancti. Datum in Conventu Nostro S. P.
Augustini de Urbe die 30ma Augusti A. 1784.
Fr. Augustinus Antonius Georgi Proc. Glis. &
Vicarius Glis Ordinis Nostri muneris affixo Sigillo.
(L.S.)

Mgr Fr. Augustinus Lepore Ordinis Secretarius Reg. libro 32. Quae dum vobis promulgamus Acta Congregationis Nostrae Intermediae a Rmo Pre Mgro Vicario Generali Totius Ordinis Confirmata, simul comendamus Orationibus Vris Animas pie Defunctorum videlicet animam E. A. R. P. M. Theodori Raunacher, S. T. D. Conventus Brestensis Prioris sub D. 13. Mensis July. & Animam A. R. P. Alphonsi Okrabinski S. T. L. Prioris Conventus Orchoviensis sub D. 29. Mensis Septembris Ao. Currentis In quorum fidem manum propriam apponimus Datt. Varsaviae D. 23. Mensis 8bris 1784 Ao.

Mgr Fr. Erasmus Bartolt Aug de 2do Prior Provincialis mp.

Fr. Augustinus Antonius Georgius S. Thae Magister Totius Ordinis Fratrum Eremitarum S. P. Augustini Vicarius Generalis.

Venerabilibus Nobisq in Christo dilectis Patribus, ac Fratribus Provinciae Poloniae Salutem.

Nihil umquam tam ingratum, neq tam acerbum accidere mihi poterat, quam ut in illius magni infortunij tempus inciderem, quo vos de morte supremi Ordinis Nostri Moderatoris Francisci Xavery Vasques certiores facere deberem. Optasem, nimium, quantum! ut imperium illius Veneranda Vocis, quae celebris est in divinis libris, meis quoq auribus insonasset. Non eris tu Nuntius in hac Die

Quid vero? id quod animus tantopere refugiebat, nescio
quo Summi Dei judicio, et voluntate, nunc demum mihi accidis-
se intelligo, quum funebres hasce ac parentales litteras,
et officia debita ad vos scribere cogor. Et utinam ad hujus-
cemodi muneris mei partes explendas sat essent lacrimae;
sed verba quoque desiderantur, quae certe in summa praesertim
qua teneor doloris vi, aut nulla, aut rudia admodum, in-
compta et inepta a me expectari debent, quaecumque tamen ea
fuerint non poterant non moestitiam, non luctum, non an-
gorem in Universo Augustiniano Ordine excitare, si
tantum diem illum supremum, quo Parens dulcissimus e
complexu, et consortio filiorum suorum discessit enuntiare quivi.
Ergo sacrum illud carumque caput morbo, quem apoplexim vo-
cant XII. Kal. Apriles superioris anni hora circiter XIII.
repente correptum, laesis inter cetera memoriae, linguaeque
organismo et voces, quibus res ipsas explicare posset,
amiserat. Oculos vero tam fixos et in ustitata convulsione
perpetuo agitatos gerebat, ut etsi objecta omnia cerneret,
atque distingueret tantam nihilominus legendi scribendique
impotentiam contraxerat, quantam nullis unquam sive artis,
sive naturae conatibus superare voluerit. Porro sub novi anni
exordia, nova quadam malorum accessione gravari affligique
coepit. Tumor insolitus in extrema corporis regione
tum primo apparuit, qui subinde a pedibus ad femora et
illa usque assurgens, uti gradatim subserpere, et progredi vi-
debatur, ita inter expositas partes vel uti gressibus ad-
momentis spirandi difficultatem in interno pectore sibi
increscere augerique sentiebat.
Qua animi fortitudine, qua inviolata pietatis, et incorrupta
patientia.

exemplo tantam morborum seriem pertulerit, difficile dictu est. Vigor Christiani pectoris ad haec, aliaq majora in purgatione animi fortiter sustinenda pro miraculo habebatur. Hinc partim nutibus, partim etiam verbis, sed aut intermissis aut bisatis, aut mire corruptis, atq confusis quomodo cunq poterat in breves hosce clamores frequentissime erumpebat. O Dei misericordia O pessima mea! O Deus meus O Deus miseria mea quanta est? Haec intelligebamus omnes, et si cetera aut parum, aut nihil, aut non nisi ex conjecturis asseveremus. Sonus vocis quidem paucos post dies ab apoplectica agressione explicuit ingratus licet, et fractus, multo tamen validior, et intensior, quam qui ab illius natura esse in familiaribus quibusq quotidianisq sermonibus ad decimum usq ægritudinis suæ mensem, non sine audientium admiratione, semper quidem retentus, et observatus ab eo est. Sed vertente Januario quum omnia versa essent in deterius singulis fere horis, ita imminui ac debilitari cœpit, ut jam evolatu mea le vix exaudiri poset. At ubi Calendæ Februarij colapsas cum voce vires, et pallorem mortis in ejus vultu sedentem indicarunt, de Sacramentis Ecclesiæ ei tradendis cogitavimus. Ad illa digne sancteq recipienda omni quidem tempore paratissimus erat, sed in eo maxime, quod cum ultimo vitæ termino conjunctum esse intelligeret, multo ardentius, adq perfectius sese disponere conabatur. Itaq post hor am noctis accito Sacerdote, non tam vocibus, quam gemitibus Sacram exomologesim coram eo perfecit, et ita pœnitentiæ lavacro mundatus lucem sequentem, qua Sanctissimum Christi Corpus sumere decreverat, avide expecta

At ad horam quartam metu vicinae mortis urgente ad Div-
inum Viaticum ei deferendum Universam familiam con-
vocari jussimus. Aderamus omnes Patri nostro in sup-
remo illo discrimine versanti et quibus maxime poteramus
precibus apud Christum Salvatorem sub eucharisti-
co velamine praesentem simul cum eo effusis divina om-
nia omnipotentis misericordiae, quam semper in ore habuerat
auxilia, magnumque illud et singulare perseverantiae donum
unde tota pendet extremi agonis Victoria, eidem implo-
rabamus. Tum ille languidis licet tremulisque labiis junctis
manibus, et oculis in Caelum erectis, Hispanico, quod unum
(oblitus fortasse latini, et Italici) succurrebat idiomate
Fidei gratiam, et eam quidem, quae per luminosam
flagrantemque dilectionem Dei operatur, ejus nomine
ter repetito, sibi enixe deprecans, magno cum pietatis
ardore, Angelorum panem ad iter aeternitatis tuto absol-
vendum suscepit. Quis nostrum ad haec dulcia spectacula
non commotus est, non lacrimas dedit?

Postridie, quum jam dies solemnis Purificationis Dei-
parae Virginis Mariae celebraretur, et Sol in caelo fere me-
dio splendesceret, Sacro infirmorum oleo unctus quasi
athleta intus forisque purificatus, probeque munitus in certamen
et luctam cum morte post duarum triumque horarum spatium
descendit. Sic agone christiano fortiter confecto immortalis
denique in oriente, et pace Christi, occidente Sole ad extremum
et ipse vitae suae occasum venit. Sic obiit in celebri festivitate Divi-
nae Virginis, quam ardentissimae devotionis studio semper colu-
erat, Pater ille optimus, illa disciplinae nostrae custos in-
tegerrimus, illud denique praeclarum Augustiniani Ordinis
lumen sic in spe beata occubuit. Annum agebat aetatis LXXXI
a vicaria praefectura Ordinis XXXIV. a Generali Magis-
terio in Bononiensibus Comitiis suscepto XXXII.

Nunc si scire cupitis, quid ante gesserit, dum inter nos viveret ex eo, quod sequitur, Commentariolo, paucis accipite. Franciscus noster Xaverius Vasquez in Peruviano Regno honestis, et ingenuis parentibus ortus Eremitarum Augustiniensium Familiae in Limano Coenobio nomen dedit. Emenso, ritu majorum, liberalium Artium Sacrorumque Studiorum curriculo, ad Regentis munus evectus, Theologicis Scholis summa cum laude praefuit. Arimini quo venerat in Generalibus Comitiis suffragium daturus, Doctoris laurea condecoratus est. Rediens ex Italia ad suos, tum multa, atque illustria ingenii, eruditionis, prudentiae, dexteritatis, aliarumque virtutum argumenta praebuit, ut in magno Clarorum Virorum numero is unus, quasi omnium praestantior, a Peruntinorum Patrum Senatu ad difficiliora Provinciae negotia, ejusque jura in utraque Matritensi et Romana Curia vindicanda adlectus fuerit. Nec sine peculiari Dei nutu hanc ei sortem obtigisse putamus, ut latior campus egregio Viro quo ad doctrinae et virtutis suae vires exercendas in Augustinianorum dogmatum defensione pateret. Accidit enim ut Vasquetius Matriti esset, quo Anno Opera Magni Henrici Cardinalis Norisii, malis Aemulorum Artibus ex Janseniana Bibliotheca in indicem damnatorum librorum Expurgatorium dictum, sub Sanctae Hispanae Inquisitionis nomine furtim traducta, inique rejecta fuerant, atque proscripta. Indignum facinus! quo tota illa Catholici Regis Metropolis, quo universa Hispania, quo Roma denique ipsa nimium in modum commota et conturbata est. Sed tum Vasquetius nullum non defensionis, et praesidii genus

adhibuit, ut tantam injuriam a Norisio ab ordine, a
et sub ipsis quaestionibus apostolicae Sedis
Scolis nostris emoliri; tam felix profecto fuit, ut optatum ini
et ille ... finem videret.
... judiciis strenue propulsaret. Sed satis interea ei fuit
partem hujus gloriae obtinuisse Matriti quam integram se
esse Romae consecuturum sperabat.

Nec eum spes ista fefellit. quum enim ob haec, aliaque
praeclara gesta Generalis Mgr Gioia, optimus ille in
geniorum Censor, et aestimator, magnam de Vasquesio opini
onem haberet eum hispaniarum Assistentem eligi cura
vit. Ita que novo hoc munere auctus Romam venit paucis ante
diebus quam Gioia desperatae salutis aeger, Pontifici
Maximi Benedicti Decimi quarti monitu honorificen
tissimae lecticae suae commodo a Marinensi Coenobio in
Romanum ubi vitam placide finiret deveheretur. Ut
autem aeger ad nos pervenit, et lecto pene confectus
decumberet ecce immortalis Benedictus, qui incredi
bili Clementia et Caritate ad eum invisendum accessit. Tum
ille Patrem Sanctissimum rogat ut Vasquesium Apos
tolica Auctoritate Generalem Procuratorem instituat.
Actum sic est; et cum Gioia vita functo Vicariam Ordinis
administrationem statim aggreditur, et anno altero in Com
itiis Bononiae habitis Prior Generalis eodem ipso Pon
tifice plaudente creatur. In hunc honoris et dignitatis
gradum evectus Norisii defensionem, quam ipse Matriti et
Gioia Romae conjunctis consiliis susceperant intrepida
fronte magnoque animo prosecutus illud tandem, post longa
ac difficillima plurium annorum certamina feliciter consecu
tus est, ut ipso in primis duce, auctore, et auspice aeter
ni nominis Pontifice Benedicto, Regeque Catholico
favente, et magno demum in Hispaniis Fidei quaesitore cum
Universis illius Augusti Senatus Patribus Patribus
mirifice conspirante, solemne decretum conderetur,

quae Norisii opera e carcere e purgatorio educi; et pristinae
libertatis gloriae, atque splendori restitui iuberentur. Multa
hic de Vasquezii laudibus in propugnanda confirmanda-
que S.P. Doctoris Augustini doctrina dici possent. Sed ne
epistolae fines transgrediamur, ea silentio praeterea.
Quamquam nec multa dicamus necesse est de recta, per-
fectaque regiminis forma, quam ille in munere suo ger-
endo, perpetuo tenuit. Totum novit, qui partem praefa-
turae ab eo gestae novit. Qui enim ab initio, idem semper
ad diem usque extremum administrationis suae fuit. Parcus in
victu in vestitu pauper, in disciplina vigilans, Con-
stans in adversis, in prosperis humilis, in arduis pru-
dens, sincerus in verbis, in promissis fidelis, liberalis
in praemiis, moderatus in poenis, in tuenda et admi-
nistranda justitia aequus, et fortis, in pervicaces
severus, in resipiscentes benignus. nihil animo eius cle-
mentius, nihil erga minores et mansuetos blandius,
atque suavius fuit. Largus et beneficus erga omnes, sed
praesertim erga pauperes, quos tenerrime diligebat, ab om-
ni avaritiae specie alienus; quidquid pecuniarum ex sa-
cris Statutis Ordinis arbitrio suo servatum esse sciret
ea excepta parte, quam indigentium in opiae conse-
craverat, in Monasteriorum, Templorumque cultum
beneficiumque vertebat. Coenobium Genestanense
eo maxime nomine sibi carum, quod sedes sit pro-
digiosae Imaginis gloriosissimae Virginis Mariae
de bono Consilio nuncupatae, magnis sumptibus e
fundamentis erexit. Sacraeque illius Aedi nobile sacra-
rium, et varia ornamenta addidit. Duobus vero
Monasteriis Sanctimonialium Cassiae et Fulginii
non exigua aeris subsidia postremo ipso aegritudinis
suae tempore, expeditavit; ut non mirum sit si pene
inops ex hac vita decesserit. quid nostrum hoc Romanum
Templum, quid Angelica Bibliotheca illius magna-
nimitati debeat, cognitum magis est, quam quod
calamo nostro describi possit.

Morum nostrorum Magister, et Monasticae Vitae cultor diligentissimus, cum ceteris Virtutibus, tum vero maxime Continentia, et modestia omnibus praelucebat. Pastor ut erat amplissimi gregis, nil tantopere exoptabat, quam ut Tyrones, aliiq Adolescentes alumni, quasi Agni novelli Sincerae pietatis lacte, in innocentiae Vitae, et in Disciplina Christi, intra Magni Augustini praecepta educarentur. Id quod maxime voluisset, ut tenellis Mentibus alte infixa maneret illa Domini Sententia: Nemo mittens manum Suam ad Aratrum et respiciens retro, aptus est Regno Dei. At vero de recta, utili, et Salutari Studiorum ratione in Scholis nostris instituenda, quam curam, quantum ve Solicitudinem gereret, norunt Itali norunt Germani, Poloni, Galli, Hispani, Americani, et Indi Sodales, ad quos Vasquezius plura de hoc argumento monita scripsit. In his duo potissimum sibi cordi esse significabat; ut Augustinianos homines ab inanium incredulorumq philosophantium nugis Scriptisve fabulis oculos, animumq semper averterent, et ut a continua lectione, Sanctaq doctrina Gloriosissimi Patris, et Doctoris Augustini quemadmodum Statuta Ordinis iubent, nunquam discederent. Illius enim deliciae erant Augustiniani libri, quos nocturna versabat, diurnaq manu: ut constans vox dit, ea hora, qua ictu apoplectico perculsus est, in aureis Hipponensis Episcopi libris legendis defixos, et intentos oculos habuisse. Ex his didicerat verae amicitiae leges, quibus instructus, amicos ex omnibus Ordinibus sibi facere Studuit multos, sed non alios coluit, quam qui probi, et ingenui essent, sibiq cara humanarum, divinarum rerum Consensione Conjuncti.

Hunc tanta Virtutis tantiq exempli ducem, Patremq Carissimum, heu miseri, et infelices! Amisimus.

Non ita tamen amisimus, quin propitio Deo, pietatis, et caritatis suae spiritu nobiscum adhuc versetur interis. Nunc enim, uti speramus in caelis est, et illic etiam pro nobis preces, et sacrificia offert. Sed si quid humanae labis quod piacularibus flammis luendum supersit sanctam illam animam detinet, quo minus eo hactenus convolarit, ubi ad visionem beatam non nisi purus, et mundus admittitur, gratae erit pietatis nostrae, officium Dei misericordiam lacrymis, precibus, et sacrificiis implorare, ut ei cito indulgeat, quod ex terrena fragilitate contraxit. Quam ob rem nostri muneris auctoritate praecipimus, ut pro ipsius animae quam citissime persolvantur solemnia suffragia, quae in Constitutionibus nostris parte prima Cap. [illegible] 13. praescripta sunt Valete in Domino.

Datum Romae ex aedibus Sancti Patris Augustini idibus Februarii 1785. Anno

Amantiss.[us] in Xto Jesu
Fr. Augustinus Antonius Vic. Gen[era]lis.

Pri. Prov[incia]li Prov[inci]ae Polonicae
Varsaviam

Mr. Fr. Erasmus Bartolt Augustinianus S. Sae Theologiae Doctor, per Utramque Poloniam, Pomeraniam & M. Ducatum Lithuaniae de 2do Prior Provincialis

Tristem Nuncium hucusque egimus anuntiantes obitum Patris Nostri: verumtamen quod nos Spectat Patres, & Fratres in Christo Dilectissimi mementote Animae ejus in Sacrificiis & Orationibus vestris: in quolibet Conventu Provinciae nostrae. Vigiliae cum Laudibus & Missa Defunctorum Solemniter decantentur, post primam notitiam praesentis Processus, & sic fiat omni Anno Die 3tia February. Denique Comendamus vobis Animas Confratrum Nostrorum Defunctorum M.M: Lucae Weglinski, Francisci Lanckoroński, Capitanei Regnovientis, Josephi ac Petronellae Russociorum, nec non Animam Defuncti Vilnae Fratris Nostri Cajetani Ussewicz Sacerdotis. Dedimus Ciechanoviae 1ma Aprilis 1785 Anno. In quorum fidem manum propriam apponimus.

Mr. Fr. Erasmus Bartolt Augustinianus
Provincialis mp.

M^{rae} Fr. Erasmus Bartolt S^{ae} Theol^{ae} Doctor, Poloniarum Pomeraniae & M. Ducatum Lithvaniae de 2do Prior Provincialis

Incrementum Singulorum in Provincia nostra Conventuum tam in Spiritualibus quam in temporalibus plurimum nos angit; quare omnibus Patribus in hoc Conventu degentibus illud praeprimis comendamus, quatenus omnes junctis manibus Ecclesiae fiendae quanto cytius, incumbant. Deinde alienationem bonorum Conventualium, aut quarum cunq Summarum Fundationalium, & praecipué earum, quibus anexae sunt obligationes perpetuae, sub paenis contra alienantes jure Ecclesiastico statutis, penitus interdicimus: quare cum ex libris Conventualibus constet P^{endum} P^{rem} Lebkowski, sub tempus Prioratus sui, binas Summas Fundationales cum obligatione perpetua, unam florenorum quingentorum M.D. Antonij Leszczynski, alteram M.D. Theresiae Kłoskowska florenorum ducentorum levasse, et alienasse: propterea eundem paenas contra alienantem latas incurisse declaramus,

et restitutioni obnoxium; quam nisi perfecerit, nunquam absolutionem a pœnis contra alienantes Statutis merebitur. Præterea quo magis augeatur cultus divinus in Ecclesia ista Parochiali Kodnianensi, volumus, ut detur Signum Campanullæ in Turri minori ad quamvis Missam celebrandam non modo, sed etiam ter in die ad Salutationem Angelicam, et quoties dicendæ erunt Horæ Canonicæ, Vesperæ, aut Matutinum detur Signum Campanæ, item quavis Feria sexta circa horam tertiam pomeridianam ~~detur~~ pulsetur Campana in Turri Majori pro Conversione peccatorum ob lucrandas Sedis Apostolicæ Indulgentias. Postriemo quemadmodum nihil aliud optamus, quam quod in Singulis Conventibus nostris, Superiores Subditis suis Seipsos præbeant exemplar in frequentando Choro, et Sobrietate servanda, ita etiam in hoc Conventu idipsum strictè præcipimus: neq; Fratribus præbeatur Consolatio præterquam temporibus in Religione Consvetis: Videlicet in Cœna Dni, Prima Paschatis die, Pentecostes, in Festo Corporis Christi, in Festo S. Matris Monicæ in Festis S. Patris Augustini Consolationis Beatissimæ S. Theclæ. In Vigilia et Festo Nativitatis Xti, in Festo Trium Regum, et tertia Bachanaliu die eaq; moderata, videlicet una vulgò quarta mulsi pro quovis, aut media Vini. Quo autem isthæc cuncta impleantur, post obitum Rendi Patris Balthasaris

Reichi

Prioris in Congregatione Intermedia Ravensi electi,
Conservamus in Vicariatus Prioris hujus Conventus
Kodnianensis Rndum Simonem Zarzycki S. T. Lecto-
rem Parochum ab Illustrissimo et Rendissimo Dno
Officiali Generali Dioecesis Kijoviensis deputatum
Cui ut omnes Patres et Fratres in Conventu Kod-
nianensi de familia constituti, nemine prorsus ex-
cepto, obediant, stricte, praecipimus. Dedimus prae-
sentes Ordinationes nostras Die 21. Julii 1785.
In quorum fidem Manum propriam apponimus.
Mr Fr Erasmus Bartolt Aug Provincialis
mpp

Fr Simon Woyricz Aug. S. D. B. Prov. Polonae et M.D. Litt. Prlis

Ad officia sollicitudinis nrae, ad quam mira Dei Providentia, et inscrutabili
ejus mysterio licet inepti, et undequaq indigni, praeter spem et expectationem
nostram vocati sumus. Nil magis pertinere novimus, quam (: ut recta inter
vos servet legum observantia) certos vos de illis reddere Eximii Adm RR. Vtes
in Xpto Patres ac Fres dilectissimi. Signanter quae nuper sunt statutae, tam
in Capitulo Gnli Romae, quam in Capitulo Provinciali Prov. nrae Ciechanoviae
Anno 1786, 7 Mensis 8bris celebrato, sub Praesidentia ARP. Benedicti Da
nilowski Aug. S. D. B. Antequam tamen de illis scripturi sumus: en vobis
primo Literas Rmi P. Mgri Gnlis Innotescenticales typis impressas
de sui felicissima electione Nobisq cum Decretis tam gnalibus pro toto
ordine, quam particularibus pro nra Prov. Polona transmissas, quarum tenor
est talis: Fr Stephanus Augustinus Bellisini Viterbiensis
S. T. Mgr Totius Ordis Fratrum Eremitt. S. P. N. Augustini Prior Generalis
Venerabiles Patres ac Fratres salutem . . . Cum Providentia illa Divina, quae in
sui dispositione non fallit, et si secreto, ac nobis impervio, forti tamen et adora
bili Consilio in Gnlibus Comitiis Romae ut nostis nuper celebratis, ad supremum
Ordis universi regimen per sexennium nos evexerit, dignum est, ut de adepto di
gnitatis gradu per hanc amantissimam Epistolam nram certiores vos faciamus,
non quidem, ut nobiscum plaudentes gaudeatis (: quid enim Sauli profuit popu
lorum plausus, et electio in Regem, si tandem projectus a facie Dni, unctionis
gratiam in Argumentum malitiae, et damnationis convertit:) sed potius, ut no
stri humanissima charitate commisereamini, qui quanto in loco superiori, tanto in pe
riculo majori constituti sumus. Memoria namq revolventes nos de omnibus vestris
Deo redditurus esse rationem, contremiscimus, atq infirmitatis nrae conscii, qua sumus

circumdati, et confusione et pudore undiq aperimur. Eo magis autem pudor noster augetur, quod ad eum inditum ordinem regendum destinatos nos ee cogitamus, quem Praedecessoris nri Mgri Franc. Xav. Vasquez, cujus sane memoria in laudibus, et in universo ordine nro in benedictione erit, invicta pietas, effusa charitas, assidua vigilantia, aliaeq praestantissimae virtutes illustraverunt. Sed qui signavit nos Deus, nosq confirmet vobiscum in Xsto, per consolaonem scripturarum nos recreat. Scriptum est enim, Deum posse de lapidibus suscitare filios Abrahae, et vocare ea, quae non sunt, tanquam ea, quae sunt: unde in spem erigimur, quod sicut non secundum merita nra, sed secundum propositum suum, et gratiam coepit in nobis opus bonum, sic ipse perficiet, consolidabitq, formans in nobis novum Presulem juxta cor suum, qui idoneus sit minister positus in lucem, et sanctificaonem vram, et in ordis laudem, et incrementum, quae unice ex animo desideramus ac inquirimus. Ut autem spes nra et desiderium nostrum impleatur, vos omnium rogamus et obsecramus, in Dno, Vltes ac amantissimi Fres, qui vel Provinciar nrar. vel locorum nostrorum Gestis regimini, ut tanquam candelabra lucentia, in sanctuario fulgentes, exemplo oibg sitis in verbo, in conversaone, in charitte, in fide, et in oibg actibg vris, atq meliora semper mutantes charismata in domo S. Patris Augustini, nobiscum cum consensu ambuletis. Vos estis adjutores nri, n tam nobis, quam Xsto Jesu, qui e Presulum Princeps, raonem reddituri. Pascite qui in vobis e gregem Xsti; providentes non coacte, sed spontanee secundum Deum; neq turpis lucri graa. Sit timor Dni vobiscum; cum charitte, ac diligentia cuncta facite. Omnem caam, cum venerit ad vos, Fratrum vestror spiritum aequittis, et veritts ostendite eis, ut non peccent in Dnum, et ne veniat ira ejus super vos et sup Fres vros: Videte quid faciatis, non enim hominis exercetis judicium sed Dei; et quodcunq judicaveritis, in vos redundabit. Confortamini igit, et agite corde perfecto, et erit Dnus vobiscum in cunctis.
Quid vero vobis dicemus, qui insigni doctrina, gradibus, ac laureis suffulti Religionis decus estis et ornamentum. Vos pariter hortamur in Dno, ut quanto magis estis super alios, eo magis humilietis vos in oibus, et facti inferioribus vris exemplum bonor oper majorem semp coram Deo inveniatis graam. Omnes demq vos rogamg Filii in Xsto carissimi cujusvis conditionis, et gradus, ut digne ambuletis vocaone, qua vocati estis cum oi humilitte et mansuetudine, cum patiea, supportantes invicem in charitte, solliciti servare unittem spiritus in vinculo pacis. Attendite ad petram unde excisi estis et ad cavernam laci, de qua praecisi estis: attendite ad religionem, quae vos iterum atq iter Xsto peperit et alit, et quae vobis hic posuit desertum, quasi hortum Dni. Gaudium et laetia inveniat int vos, graar actio, et vox laudis, vita vra exemplo sanctor oum sit erudita, et disciplina, ut pax, optima quam elegistis non auferatur à vobis. Dectis igit in visceribus Xsti, in quo vos peramanter amplectimur, obsecramus, ac Filij dilectissimi, gaudium nostrum, et corona nostra. Haec vobis intimo cordis affectu exoptamus, quos omnes idcirco largitori bonor oum Deo a die electionis nrae indesinenter commendamus, memoriam vri facientes in oraonibus nris sine intermissione. Id unum igit superest, ut etiam à vobis fiant obsecraones, postulationes,

gratiarum actiones, ut et nos dig. vobiscum ambulare, digne Deo placentes, et pascere vos scientia in doctrina in Spiritu lenitatis. Hoc sane Spiritu nos semper dirigi, Deo duce, constituimus. Quamobrem si quem vitiis rectus delinquere (si quod Deus avertat) et di vertere in vias pravas videbimus, eum cum omni mansuetudine et modestia corripiemus; nec ungvam nisi inviti et coacti ad ulteriora progrediemur, ne et nobis, sicut quibusdam Pastoribus Israel per Ezechielem dicat Deus: Veh! vobis, qui quod infirmum fuit non consolidastis, qd ægrotum non sanastis, et quod perierat non quæsistis, sed cum austeritate imperabatis eis, et cum poten tia. Hæc autem scribimus vobis, ut sciatis quo affectu diligamus vos, et quo spiritu du cemur in ministerio nrõ. State igitur et vos in eodem Spiritu unanimes. Interim vero Smus Parens Augnus propitius vobis sit, et Deus ac Pater Dnĩ nrĩ Jesu Xti Pater misericordiarum, Deus totius consolationis, qui dedit nobis consolationem æternam et spem bonam, consoletur corda vra, et confirmet in omni opere et sermone bono, et benedicat vos in omni benedictione in Christo. Tandem ad vos transmittimus Diffinitorii Gnlis Decreta, quæ sicut communi Patrum consensu ad publicum ordinis bonum sunt statuta, ita et communi studio observari merentur. Valete

Paternitatum Vestrarum Romæ 31 Julii Anno 1786 amantiss

Fr Stephanus August. Bellesini Gnalis

Decreta condita à Diffinitorio Capituli Glis Ordis Erem. S. P. Augni Romæ celebrati Anno 1786. Præside Emmo ac Rndmo Domino D. Cardli Joanne Archinto totius ordinis Protectore.

1mo Cum Divinus cultus, et ea quæ ad Dei Venerationem spectant, ante omnia præ oculis nobis perpetuo habenda sint, hinc ubiq in Ordine nrõ idem cultus, et officium tum diurnum quam nocturnum cum debita veneratione distincte, attente, ac devote celebretur, et exolvatur. Invigilet super hoc omni diligentia P. Prior tanquam aliogin Deo et superioribus suis rationem redditurus

2do Sacerdotes autem, qui nimia celeritate vel sacrarum cæremoniarum neglectu, aut parva ædificatione, vel etiam quod deterius est, cum scandalo proximorum Personarum præsertim secularium missas cele braverint, per P. Pvalem à Divinis suspendantur, usq resipiscunt. Qui Prior tali vitio sit infectus, vel negligens, in subditis suis corrigiendis, etiam Prioratus munere privetur.

3tio Fiunt quotannis per decem dies exercitia spiritualia, et quoniam Fratribus existentibus in Con ventibus illum minimis Religiosæ observantiæ et pietatis est omnis sunt et cæteris; ideo in quolibet Conventu, ubi saltem duo Sacerdotes de familia, statutis diebus inviolabiliter fiat pariter Oratio mentalis et lectio. Patres Pvales, quibus in hoc specialis imponitur vigilantia, Priores secus facientes pro arbitrio, ac etiam officii privatione puniant, iisq de hoc observantia capite testimoni um in scriptis Capitulo Pvali exhibendum imponant, quo deficiente in eodem suffragari non admittant. Hoc idem testimonium saltem de conventibus Pvæ generatim, illis tamen singulatim notatis, qui cul inventi fuerint hujusce legis transgressores, inserant Actis Capituli Pvalis, et Congregationis In termediæ, quæ ad Rmum Glem transmittantur.

4to Hac de re a quolibet P. Pvali pro conventibus suæ Pvæ instituatur tabella horaria, tum pro servitio Chori, tum pro Oratione mentali, tum p distributione missarum, cæterisq Cl. observan tiis, habendo quidem respectu ad peculiares temporum, locorumq circumstantias, sed tn recta lege et ordi ne constituto, liceat vero Prioribus aliquando ob urgentem ac rationabilem causam a præfatis ordinationibus in aliquo dispensare.

5to Pro excipiendis sive secularium, sive Religiosorum confessionibus non deputentur, nisi illi Sacerdotes qui doctrina sufficienti, ætate graves, honestisq moribus sint decorati, nec non a P. Pvali Prius examinesi; exceptis Mgris approbati, ita ut ante ejusdem approbationem, nec possint Ordinariis locorum p confessione præsentari. Quo ad conventus vero Gnles applatio sit penes Patres Priores.

6to Quilibet Conventus a P. Prali provideat de sufficienti nro hujusmodi Patrb doctrina, et honestate Spectantium, qui vigilanti cura in excipiendis fidelium confessionibus Specialiter vero festivis diebus incumbent, et iisdem Divina Sacramenta administrent.

7mo Similiter in quocunq Conventu ubi saltem sunt tres sacerdotes de familia, irremissibiliter instituatur lectio Casuum Consciae, quae statim post prandium semel in hebdomada haberi debet, et in Conventibus studiorum fiat Sabbatho sub directione P. Regentis; et ubi non adest idoneus sacerdos ad obeundum hanc lectionem, cui omnes interesse tenentur, suppleat Pater Prior.

8vo Observentur ad amussim nrae Constt. circa receptionem Noviciorum sub poenis in iisdem Constt. contentis non obstante quacunq in contrarium etiam per antiquam et abusus censenda est, electio autem Magistrorum cum magna diligentia fiat.

9o Ludus alearum et axillorum iterum reprobatur.

10 Quilibet Conventus Scriptum locum et capsam depositi habeat ad normam SS. Constitutionum et Summorum Pontificum decreta.

11. Ad tollendum prorsus quacunq curiositatem aut deformitatem in vestibus tam internis quam externis tam in materia quam in forma, quae habitum secularium imitetur vel Religiosam deceat paupertatem et honestatem, nec non iterum vetitum est, ut non utantur vestibus interioribus alio colore intentis, quam albo, vel cinericio.

12 Provinciales ad quadriennium jam electi inceptum sui regiminis cursum amplere potenunt, imposterum tamen in quacunq Provincia eligantur ad triennium Provinciis Americanis ob antiquam consuetudinem et maxima visitationis incommoda exceptis. Siqua alia Provincia quadriennium necessarium putat rationes suas exponat Rmo Gnli et Summo Pontifici.

13 Ad primaeva jura Scriptum nrarum Constt. revocari possit electio Diffinitorum Capituli Provincialis quo ad numerum, adeoq permittitur ut non amplius sex, sed 4 tantum Diffinitores in eodem Capitulo eligantur et duo Visitatores ... 14 Officiales Conventuum in omnibus et per omnia ad nutum Prioris prorsus dependeant nihil relate sibi injunctum ex arbitrio facientes 15 Hispani vocales ad Capitulum dummodo studiorum cursum consummaverint debeant ad Magisterium promoveri, sed Magistrorum numerum non ingredi donec vacare contigerit. 16 Observentur exacte Constitt. Clementis 12 Constitutionibus Ordinis nri conformes, quod non habeant recursus ad P. Gnlem, nisi prius in Conventibus Gnlibus, ad Priores, in Provincialibus, ad Priorem, inde ad Provincialem habitus fuerit, adeoq ad Rmum P. Gnlem velut ad tribunal appellationis confugiendum sit. Qui secus fuerit non habeatur auditus. Idem Pontifex prohibuit etiam recursus ad sacram Congregationem antequam ad Patrem Gnlem 17 Sicuti de mandato S. P. Augni omnes qui sub ejus regula vivunt, jubentur habere animam unam et cor unum in Deo, ita uniformitatem perfectam quoad fieri potest etiam in Regularibus observantiis, in habitu, et in doctrina studiorum servare teneantur.

Fr Stephanus Augus Bellisini Gnlis

Fr Stephanus Augustinus Bellisini Viterbiensis S. P. Mag. totius Ord. Fratrum Erem. S. P. Augni Prior Gnlis.

Inspectis variis petitionum Capitulis Gnli Diffinitorio expositis pro ista nri Ord. Prov. Poloniae auctoritate ejusdem Diffinitorii nobis super hanc rem specialiter communicata, sequentia edicimus Decreta:

Amo Attenta paupertate aliisq[ue] circumstantijs quorundam Conv[en]tuum istius Pro[vinci]ae decernimus, ut Contus Varsaviens[is] Cracovien[sis], Vilnensis, Brestensis, Ciechanov[iensis], Vielun[ensis], Lublin[ensis], Crasnost[aviensis], Zaturcen[sis], Radzievi[ensis], sint majores, cæteri vero minores, seu Grangiæ, Statori Contuum, videlicet Contus Ravensis Grangia Conventus Varsav[iensis] Stecsiensis et Magno Hiznensis Grangia Contus Cracov[iensis], Narodycensis, Hodnianensis Grangia Vilnen[sis], Orchoviensis Grangia Brestensis, ac demq[ue] Conecensis in Ordone Bonifacio Grangia Ciechanov[iensis].

2do Actuales Grangiarum Filij adfiliantur iis majoribus Contibus quorum fuerint Grangiæ cum omnibus Privilegiis et Prærogativis, quibus cæteri eorundem Conventuum filii fruuntur et gaudent.

3tio Grangiarum Superiores eligantur ad triennium a Diff. Pro[vincia]li, a quo etiam eligenda est eorundem familia. **4to** Priores Contuum non RR. Provinciales poterunt et quoties opus fuerit, debebunt visitare suas Grangias, et justis ac rationabilibus existentibus causis [...] R. tamen P. Pro[vincia]li approbandis [...] præsidentes ipsos suspendere et privare. Aliam vero substituere spectabit ad P. Pro[vincia]lem.

5to Grangiarum Præsidentes rationem dati, et accepti immediate reddere tenebuntur Prioribus majorum Contuum, ad quos quidquid superfuerit jure pertinebit. Priores autem ipsi de bonis Grangiarum debebunt rationem reddere Rdo Pro[vincia]li, sicut de bonis majorum Conventuum.

6to Soli Priores Contuum majorum vocem activam habeant in Capitulo Pro[vincia]li non Præsidentes Grangiarum, qui tamen habebunt vocem activam in Capitulo Contus ad quem spectat Grangia, quando in ipso sive casu, sive etiam data opera reperiantur. **7mo** Cum ex Statutis Grangiis minuantur Pro[vincia]libus expensæ et incommoda, iis etiam ferme ad mensuram minuatur collecta. **8vo** Post demortuos Fratres Pro[vincia]les nullam rem sibi appropriant, quæ ad eorum usum fuit, sed omnia pro Contu eorum adfiliationis fideliter servent. **9no** In quolibet Contu erigatur depositum, in quo reponantur pecuniæ Conventus, sicut et ea, quæ unusquisq[ue] Fratrum habet ad suum usum. Tres sint Depositarii claves tenentes Prior pro tempore, et alii duo el[ecti] PP. gravioribus a Diff. Pro[vincia]li, vel Capitulo Conventuali eligendis.

10 Ebriosi juxta SS. Constit: præscripta nunquam eligantur in Priores aut ad alia munera, nec ipsis detur vestiarium ad manus, sed sit penes Subpriorem, qui provideat ipsis de necessariis.

11 Magistri Novitiorum munus suum bene et prout oportet per duodecim Annos exercentes, condecorandi erunt Laurea Magistrali. **12** Tres Candidati Præsentandi Rmo P. G[ener]ali pro Præside futuri Capituli Pro[vincia]lis eligantur in Congr. Intermedia per secreta Suffragia. Si quid aliud super hæc opportunum judicabitur, poterunt statuere Patres Diffinitorij Pro[vincia]lis. Datum in Contu n[ost]ro S. P. Aug[ustini] de Urbe die 22 July Anno 1781

Fr. Stephanus Augustinus Bellisini G[ener]alis

Rmi Mri Offlo Sigli

Mgr Fr Joan. Andreas Moralia Ord[inis] Secr.

Reg. Libr. 11.

Sequuntur Acta Capituli Pro[vincia]lis Ciechanoviæ celebrati a Rmo G[ener]ali Confirmata.

In nomine Domini n[ost]ri JESU X[rist]i

Anno Nativitatis ejusdem 1786 die 6 Obris celebrata sunt Comitia Pro[vincia]lia Fratrum Eremitarum S. P. Aug[usti]ni hujus Pro[vinci]æ Poloniæ in Conventu Ciechanov[iensi] a Rndo P. M[agist]ro Thoma Kobylanski dictæ Pro[vinci]æ Poloniæ rectore absoluto Pro[vincia]li post pie defunctum RP. M[agist]rum Erasmum Bartolt Pro[vincia]lem actualem in diem 6tam supradicti Mensis indicta atq[ue] die dicta quæ erat feria 6ta post D[omi]nicam Pentec. 17 Convenerunt Patres vocem habituri, itaq[ue] eadem die statim postquam vesperæ fuerunt decantatæ, signo campanullæ ter dato RR. omnes Capitulariter Congregati fuerunt, Præfatusq[ue] P. Rector Pro[vinci]æ mandavit, ut si quis a Rmo P. G[ener]ali Literas haberet ad præsens Capitulum directas, easdem mox proferret, statim RP. Aurelius Zelaznowicz Vicarius Prior Vielun[ensis] S.T.L. Literas Rmi Prior Stephani Augustini Bellisini S.T. M[agist]ri Prioris G[ener]alis præsentavit, per quas dicti Capituli Præsidentem constituebat R.P. Baccalaureum Benedictum Damitowski qui renuente nullo ab omnibus reve

reverenter pro Presidente fuit recognitus, deinde per ballotulas electi sunt tres Judices cau̅r̅.
R.P. Mgr Adalbertus Kociertynski Diff. v. Prior Varsav. votis 14. Mgr Fr Aug. Zastawski Su
perstes, v.P. Brestensis votis 10. R.P. Lector Fortunatus Kobylinski Prior loci votis 12. Se
quenti Sabbato Missa de Spiritu S. solemniter decantata et oratione dep. electione faciendu,
aliisq. expletis in nris SS. Constt., coram oibus in loco Capituli Consedentibus R.P. Mgr Re
ctor Prov̅a anteqm dum officium resignasset presentavit dispensationem Rmi P. Augustini
Bellenini S.T.M. Prioris Gnalis, ut posset eligi in Provalem non obstantibus tribus Annis
juxta SS. Constt., perlecta qua R.P. Secretarius Faustinus Pacewicz S.T.L. Officium Pro
vincialatus in manus R.P. Presidentis humillime reposuit, qua repositione acceptata reci
tata fuerunt per Mgrum Fr̅m Adalbertum Kociertynski Judicem cau̅r̅ nomina eorum qui vocem
habere debebant sequenti ordine: R.P. Benedictus Danilowski S.T.B. Pd. Cap. Presis Mgr
Thomas Kobylanski Exprovalis, Mgr Adalbertus Kociertynski Diffi v.P. Varsavie
Mgr Augnus Zastawski Superstest, in locum Mgri Anselmi Frankowski, R.P. Si
mon Woynicz S.T.B. Diff. Prov̅a v.P. Cracov., Angelus Byczkowski S.T.B. Diff. Cajeta
nus Starzynski S.T.B. Diff. Superstes in locum R.P. Balthasis Szcicki, Mgr Urbanus
Sadlik v.P. Zaturcensis, Fortunatus Kobylinski S.T.L. v.P. Ciechan., Aloysius Kopinski
v.P. Lublin. Romualdus Siekuczynski S.T.L. Prior Raven., Aurelius Zelazniewicz
S.T.L. v.P. Vielun., Philippus Dziuba S.T.L. v.P. Radzie., Salesius Ostrowski v.P. Or
chowiensis, R.P. Faustinus Pacewicz S.T.L. Secretarius Prov̅a. Omissis autem vocem
n habentibus designati sunt tres Scrutatores per ballotulos Mgr Fr Adalbertus Kociertyn
ski Diff. votis 14. Angelus Byczkowski S.T.B. votis 11. Fortunatus Kobylinski S.T.L.
votis 12, et ab ipsis juramento fidelitatis Ep̅stito, ad novi Provalis electionem processum est,
atq. prima votatione et Scrutatione peracta, electus in Provalem ad quadriennium votis 8 R.P.
Simon Woynicz Bacc: ac primo a Scrutatore publicatus, Processionaliterq. ad Ecclesiam deduc
tus deosculatae ei fuerunt manus in signum Obedie, et tradito ei per R.P. Presidentem
sigillo, ab eodem in Officium Provalatus Confirmatus est. Ultra quem Mgr Fr Thomas Kobylan
ski Exprovalis habuit suffr. 6. Mgr Augustinus Zastawski Suffr. 1. Eadem die post Nona
ad signum Campanulae ter pulsatae et moris est, oes PP. vocales convenerunt ad Capitulum
et processerunt ad electionem Diffinitorum atq. ab illis oibus servatis servandis electus in 1 Diffinitt.
Mgr Augustinus Zastawski Suffr. 6. in 2dum R. Lector Fortunatus Kobylinski votis 13.
in tertium Romualdus Siekuczynski Lector votis 12. In 4tum Thadeus Laskowski Baccal.
Predic. Gnalis votis 11. In quartum R.P. Aloysius Kupinski votis 9. In sextum Augustin
Marini Bacc. Pred. Gnalis votis 8. Ultra quos R. Baccal. Michael Nosarzewski habuit
Suffr. 5. R. Baccal. Cajetanus Starzynski Suffr. 5. Philippus Dziuba Suffr. 5. Diebus
vero sequentibus servatis oibus nris SS. Constt. Exceptis Congregati fuerunt Diffinitoria
liter predicti RR. PP. Benedictus Danilowski Baccal. Presidens, Simon Woynicz
Baccal. Provalis electus, Mgr Thomas Kobylanski Exprovalis, Mgr Aug. Zastawski Diff.
Primus, Fortunatus Kobylinski Lect. Diff. 2dus. Romualdus Siekuczynski L. Diff. 3tius,
Thadeus Laskowski Baccal. Diff. 4tus. Aloysius Kupinski Lect. Diff. 5tus, R.P. Baccal.
Augustinus Marini Diff. 6. Authoritate ius a nris SS. Constt. Concessa, ea quae sequuntur Sta
tuerunt, ac publice notificare mandarunt. Amo Capituli Gnalis Decreta Romae Celebr. Anno 17
06. Pro Universo ordine Ep̅sens V. Diff. prout ad augendam Religiosam observationem summe
necessaria libenti suscipit animo. At quoniam anteriora Ep̅cesserunt Decreta pro nra Prov̅a Po
loniae, Singulariter Decretum S. Congr. Sub die 7 Maij 1761 Anno emanatum, ut de quadrien
nio in quadriennium semper celebret Capitulum ob datas cau̅as Rmo Pri p.m. Francisco Xaverio
Vasquez Gnali: quare standum huic Decreto pro semp. in Prov̅a nra Poloniae Ep̅sens Diffinitorium

Cum

humiliter supplicat prout nuper supplicaverat per privatum Capitulum Lublinense Capitulo Generali 2do Decreta particularia pro nostra Provincia Polonia Uble Dift: recenter praesentata, signanter sub N.ro 8. 9. 10. 11. 112. firma habere volumus et immobilia, reliqua vero prout noxiva Provinciae, quoniam solo particulari motivo non de consilio RR: Definitor. Provinciae Nostrae Polonae porrecta et praesentata fuerint Dift: Grali. Ideo praesens Definitorium pro cassatione illor. supplicat humillime, 3tio Satisfaciendo menti Sae Rae Majestatis [: uti nostrae Provinciae Poloniae Protectoris munificentissimi :] ne pro decore incremento et utilitate Conventuum extraneae Nationis Personae ad gradus honoris, dignitasve; nec non etiam ad munera et Officia, quae Jurisdictionem aliquam adnexam habent, eligi possint ac promoveri: hoc praesens Decretum uti justissimum materiamq. status praesentis in perpetuum exequi et observari volumus. 4to Sum. 5000. floren. Poll: a Magnifico Domino Leone Duczymin[ski] Pocillatore Districtus Prasnensis Conventui Nostro Ciechanoviensi in fabricam ejusdem oblatam, cum Obligatione absolvendi omni Mense Missas duas lectas cum Anniversariis quatuor per Annum Uble Dift: acceptat, enixeq. postulat, quatenus Rondnus P. Mgr Generalis praedicto Leoni Duczymin[ski] Pocillatori Districtus Praznensis suum Consensum, isti usq. Consensus, sive acceptionis testimonium in seorsiva Pagina praestare et transmittere dignetur, 5to Summam 2000. floren: Poll: a Perillustri A.R. Domino Dominico Jakimoski Canonico Honorario Luccoriensi, Praeposito Bucensi, Conventui Radzichoviensi pro obligatione 12. in A.o Missar. legendar. et uno anniversario oblatam, Summam itaq. 11000. floren: Poll: gratissime p. m. R. P. Mgr Andreas Zawadzki Conventui Lublinensi ut tanto Benefactori ac Patri digna sit retributio, statuit Uble Dift: omni A.o pro aa ejusdem unum Anniversarium absolvendum Missasq. legendas tot, quot aderunt Religiosi Sacerdotes in Conventu Lublinensi, Supplicatq. Rmo Patri, ut hoc statutum confirmet. 6to Summam etiam 1000. floren. Poll: Conventui Zaturcensi, a Magnifico Josepho Borzecki Dapifero Novogrodensi hoc A.o inscriptam, cum obligatione trium lectar. qualibet Septima Feriis nempe 4ta 6ta. et sabbato cum 4. Anniversariis quovis A.o praesens Uble Dift: acceptat et Confirmationem Rmi P. Mgri Generalis postulat. 7mo Pro Summa Prima 6000 floren: Poll. ad Cassam Provinciae pertinentem, alteram 2600 floren: Poll: Conventus Vielunensis a praesenti Ubli Dift: concedunt. Conventui Varsaviensi pro Censu Annuo justa Legem Regni; quam concessionem ut Rmus P: Mgr: Generalis approbet, praesens Uble Dift supplicat. 8vo Cum evidenter prostituat Ordo noster in hac Nostra Provincia obnonnullos Fratres Laicos, quos RR. Priores particularium Conventuum aderogandam Elemosynam ad remotissima loca mittunt; igit. consulendo decori et fama bona Ord.s prohibet sub poena Suspensionis ab Officio, ne ullus Conventus exceptis Cracoviensi, Varsaviensi, Lublinensi, quocunq. pretextu praesumant Praefatam Eleemosynam per Fratres Laicos quaerere, sed soli ipsi, aut per idoneos Sacerdotes adire poterunt viciniores Benefactores urgente necessitate. 9no Integritas Sanctitas Innocentia morum et observantia Religiosa, ut magis elucea in omnibus motibus FF. Nostror. praecipue qui immemores vocationis suae scandalosi fiunt et vagabundi per Nostram Provinciam, supplicat humillime Uble Dift: Rmo Patri Generali, ut Conventum Radzichoviensem pro domo recollecta declara redignet. 10mo Casus Conscientiae ter in hebdomada a RR.PP. Resolutoribus per Uble Dift: deputatis feriis 2da 4ta et 6ta indispensabiliter teneat. Omnes vero PP. huic resolutioni adesse

adesse volumus. 11mo Cum Cracovien: Conventus olim tam Nobilis, quia Generalis, moderno tempore varijs calamitatibus ad summam pene redactus sit inopiam, ita: ut nullo modo commode possit sustentare Religiosos. Ob diminutionem, tam in hoc Regno Censuum, a summis Capitalibus quam ex avulsis in perpetuum fundationibus in Cordone Caesareo manentibus: Ocurrendo tam ingenti miseriae statuit Uble Diff. ut quinqz Capellaniae Conventus Vilnen: Dudqz Ravensis subveniant huic inopiae Cracov: Conventus. 12mo Quoniam non nulli Fratres ex quo pigritiae desidiisqz dediti sunt Provinciae et Conventibus inutiles reddunt. decernit Uble Diff: ut nunnatominibus ijs debita ultima contigqz ex quibus haec vitia scaturiunt penitus evellant. 13tio Quoniam per nimium luxum non nullor. Prior. aliqui Conventus in Provincia nostra devastant, ex eo quod expensa nimium introitum proventus superat ocurrendo tam enormi vitio toties in Sacris Constitutionibus et Capitulor. decretis damnato innovamus decreta super hac re edita sub poena privationis Officiis et cassationis summae expensae – ne fiant exsuperantes introitum Conventus. Sequunt. Provisiones Conventuum. Provisio Convent. Capitularis Ciechanoviensis. Electus in Priorem hujus Conventus A. R. P. Phillippus Dziubinski votis plenis. Familia ejus A. R. P. Benedictus Danilski S. T. B. Capituli Praesidens Depositarius. 1mus R. P. Guilhelmus Postolski Subprior R. P. Bonaventura Wasilkiewicz Concionator. R. P. Antonius Grodzicki Capellanus in Bialuty V. P. Cassianus Hetsicki R. P. Bonifacius Kremer Professor Grammatices Depositarius. 2dus V. P. Thoma Szweykoski V. P. Salvianus Tyhanek Proff: Grammatices. Fr. Caietanus Kapica Laicus Economus Fr. Onufrius Bzozy Laicus Subsacrista. Provisio Conventus Cracoviensis. Electus est in Priorem. A. R. P. Michael Nosarzewski S. T. B. votis octo Familia ejus A. R. P. Simplicianus Masiorski S. T. B. Resolutor casuum R. P. Aurelius Zabłocki S. T. L. Subprior et Confessarius Monialium. R. P. Adeodatus Oledzki S. T. L. Concionator Ordinarius. Depositarius 1mus R. P. Constantinus Mierzwinski S. T. L. Proff: Theologiae R. P. Simon Rantwiski Phiae Proff: et Concinator a Festis. R. P. Panteleon Rozanski Phiae Proff: 2dus et Rhetorices V. P. Hippolitus Szapski V. P. Gaudiosus Ultman Sacrista Depositarius 2dus V. P. Aegidius Dominski Thae Stud: V. P. Ambrosius Adamski V. P. Candidus Makoski T. Stud. V. P. Nicephorus Radecki T. Stud: Fr. Theophilus Marcinkoski Fr. Amadaeus Czarnecki Fr. Marianus Gurski Fr. Franciscus Sokolski Fr. Anselmus Urbanski Studentes Phiae Fr. Hirotheus Iwaszkiewicz Fr. Balthasar Szpecieewski Fr. Stanislaus Chylinski Provisio Conventus Varsaviensis. Electus est in Priorem E. A. R. P. Mgr Adalbertus Kociszynski votis plenis Familia ejus A. R. P. Thadeus Laskoski Bis Prov. Diff. Concionator Ord: A. R. P. Fortunatus Kobylinski S. T. L. Def. Prov. Proff: Thae 1mus Depositarius 1mus et Resolutor casuum R. P. Herculanus Nabicht Subprior R. P. Erazmus Kleyn Proff: Thae 2dus Promotor Conff. S. Thecla Depositarius 2dus Mgr Novitior. R. P. Bo-

nerius

Bonerius Orgas Proff: Grammatices R. P. Laurentius Gagatowicz S. T. L. Cantor R. P. Remigius Kfetlinfki R. P. Joannes Kepczynski S. T. L. V. P. Raymundus Zagielzdorff R. P. Nicolaus Zylinfki Sacrista V. P. Josephus Bochenski Procurator. V. P. Novellus Gebler T. Stud. V. P. Baltazar Michiel Stud. T. Moralis V. P. Adrianus Dlugolecky S. Phiae V. P. Agnellus Kicki Fr. Ignatius Juks Diaconus T. Stud. Fr. Nepomucenus Sochacki T. Stud. Fr. Alexius Kalvarski Diaconus T. Stud. Fr. Adalbertus Dąbrofki Phiae stud. Fr. Damianus Rząża Fr. Sebaldus Krafski Fr. Daniel Lupinski Fr. Anselmus Czerwinfki Fr. Silvester Zerowski Fr. Sebaldus Kopaczefki Fr. Rochus Kisinfki Phiae stud. Fr. Felix Tettmajer stud. T. R. P. Marcellus Łapkofki Proff. Phiae Fr. Felix Augustinowicz Fr. Vincentius Japonfki Fr. Clemens Golanski Fr. Avellinus Taborfki. Provisio Conventus Vilnensis Electus est in Priorem A. R. P. Caesarius Zawadzki Votis plenis. Familia ejus E. A. R. P. Mgr. Thomas Rebylanski S. T. D. Exprovincialis Depositarius Imus. A. R. P. Bernardus Concio: Deposit: 2dus R. P. Josephus Augur S. T. L. Subprior R. P. Boroidus Braier Thae Lect: ejusdemq Proff. Imus Resolutor Casuum. R. P. Zefirinus Wasilefki Phiae Proff: R. P. Ambrosius Woyciechofki S. T. L. R. P. Alloysius Dorofki R. P. Severinus Offrofki S. T. L. V. P. Hieronimus Rutkofki V. P. Alexius Zubrofki V. P. Sebastianus Jżakofki V. P. Antonius Giercewicz V. P. Victor Rymkiewicz V. P. Zigismundus Dąbrofki V. P. Benedictus Witkiewicz V. P. Simplicianus Załoga V. P. Eustachius Dziubinski Proff: Ecclesiae et Cantor. V. P. Augustinus Gilewicz V. P. Athanasius Strel V. P. Gelasius Gorzkofki V. P. Licinianus Jarkiewicz V. P. Chrisostomus Gortaszynski V. P. Raphael Kubszewicz V. P. Fructuosus Masłakofki V. P. Justus Bernatowicz V. P. Paraclitus Griniewicz V. P. Agnellus Stachnicki V. P. Xaverius Rzepeski V. P. Alipius Alutkvicz V. P. Silvester Stankiewicz V. P. Petrus Smilings V. P. Maximus Jurkiewicz V. P. Leo Kierowicz V. P. Lucas Wolmilewicz V. P. Policarpus Zylinski V. P. Mathaeus Woyciechofki V. P. Gaudiosus Pieczalewicz V. P. Venceslaus Szauspreska V. P. Felix Giercewicz V. P. Julianus Sobolewski Fr. Ludovicus Pernett. Fr. Josaphat Hacewicz Fr. Adamus Woytkiewicz Fr. Laurentius Dąbrofki Fr. Kasimirus Staniewski Fr. Prosper Szylzeniewicz Fr. Vincentius Wyzyntt Fr. Antonius Sebastiani Fr. Laurentius Margiewic Fr. Carolus Nowicki Fr. Stanislai Bendarski Fr. Georgius Franczkiewicz Clerici studentes Fr. Bonaventura Smoczynski Fr. Gregorius Lesiewicz Fr. Florianus Michalewicz. Fr. Augustinus Krukofki Fr. Onufrius Tamfzewicz Fr. Michael Jankowski Fr. Andreas Putawski Laici. Provisio Conven: Brestensis. Electus est in Priorem A. R. P. Antoninus Rawko S. T. L. Familia ejus E. A. R. P. Mgr. Pachomius Czubowicz S. T. D. E. A. R. P. Mgr. Augustinus Zaftawski S. T. D. Dift: Proae Deposit: Imus A. R. P. Evodius Matzke S. T. L. Supprior Depositarius 2dus. R. P. Augustinus Domanfki T. L. Concionator Ordinar: R. P. Placidus Winsch S. T. B. Proff. Moralis et Resolutor Casum R. P. Thomas Pietrowfki Conc: a Festis V. P. Gratianus Łoptawski Economus in Rofzmiłty V. P. Ubertinus Szonecki V. P. Simeon Dziewietnicki Stud. Moralis. Thae Fr. Nicolaus Szefler. Fr. Gundisalvus Antosiewicz Fr. Edvardus Kopinski Studens Moralis Thae Fr. Cleophas Szczepanfki Subsacrista. Fr. Gaspar Łepczynski oblatus Fr. Palladius

Wysocki-

Wysocki Organarius Laicy Provisio Conv: Vielunen: Electus est in Priorem A. R. P. Aurelius Zdaznowicz S. T. L. votis octo Familia ejus. A. R. P. Caietanus Skorzynski S. T. B. Subprior Conc: Collegiatæ Resolutor Casuum. Depositarius 1mus R. P. Adeodatus Nowakowski Procurator Causar. et Domus, Depositarius 2dus R. P. Vitalis Borowski Concionator Domesticus. R. P. Valerius Borski S. T. L. R. P. Maximus Hoffman S. T. L. V. P. Jacobus Jarzebski V. P. Antonius Grzeszcki V. P. Esajas Mariani Fr: Gaspar Rozinski Fr: Melchior Janiszewski Laicy Provisio Conven: Crasnostaviensis, Electus est in Priorem A. R. P. Angelus Byczkowski S. T. B. votis septem. Familia ejus R. P. Faustinus Sacewicz S. T. L. Subprior et Depositarius R. R. Alipius Niedzielski S. T. L. Conc: Cathedralis R. P. Venantius Krulicki Concionator Domesticus R. P. Carolus Brzecki Procurator Causar. et Domus V. P. Simplicianus Wolchyniec V. P. Hieronimus Kochalski A. R. P. Seraphinus S. T. B. Resolutor Casuum Fr: Fridericus Wiałkowski. Provisio Conv: Lublinensis. Electus est in Priorem A. R. P. Valentinus Morawski S. T. L. votis plenis. A. R. P. Augustinus Maryni S. T. B. Dift. Prov. Resolutor Casuum. R. P. Camillus Stefanski. S. T. L. Subprior. R. P. Augustinus Losicki S. T. L. V. P. Gregorius Vitanski Procurator Causar. V. P. Thomas Gronkiewicz Fr. Onufrius Kedzierski Laicus. Provisio Conv: Radzichoviensis. Electus est in Priorem. A. R. P. Onufrius Biedunski S. T. L. votis plenis A. R. P. Apolinaris Kurowski Subprior. et Depositarius 1mus R. P. Victorianus Czeplowski S. T. L. Concionator. R. P. Cælestinus Melzer S. T. L. Depositarius 2dus et Resolutor casuum R. P. Onufrius Rychter S. T. L. V. P. Guilhelmus Kaczorowski. V. P. Prosper Sawicki. V. P. Arulphus Mancewicz Fr: Licinius Golptan, Laicus Chirurgus Provisio Conv: Zaturcensis. Electus est in Priorem A. R. P. Andreas Wawrzuszkiewicz S. T. L. votis plenis. Familia ejus E. A. R. P. Mgr. Urbanus Sadlik Resolutor Casuum. A. R. P. Herubinus Szczerbinski S. T. B. Subprior et Depositarius. 1mus A. R. P. Valerius Maruchowicz S. T. L. Concionator R. P. Alexander Lachowicz R. P. Stanislaus Paradowski depositarius 2dus V. P. Apollinaris Grzybowski V. P. Leonardus Paszczynski V. P. Basilius Zacharyaszewicz Fr: Prosper Domanski Fr: Mathias Mielezynski Laicy Provisio Conv: Connecensis. Electus est in Priorem. A. R. P. Clemens Kluder votis plenis. R. P. Germanus Zautili Concionator Resolutor Casuum Depositarius 2dus R. P. Liberatus Tropper S. T. L. Subprior R. P. Augustinus Bogusz S. T. L. Depositarius 1mus. R. P. Norbertus Prosphe S. T. L. Fr. Philippus Grabosz Laicus. Provisio Conv: Nausiensis. Electus est in Priorem A. R. P. Martinus Putaski S. T. B. votis plenis Resolutor Casuum R. P. Antonius Szrylecki S. T. L. Subprior et Depositarius R. P. Narigius Krasuwski Concionator. R. P. Hilarion. Gezdski S. T. L. V. P. Joannes Koszubowicz V. P. Novellus Zacharski. Fr: Bonifacius Niedbosinski Fr: Martinianus Magierewicz

Laicy

Laici. Provisio Conv: Ravensis. Electus est in Priorem A. R. P. Augustinus Gasiorofski votis plenis. A. R. P. Romualdus Siekaczyński S. T. L. Dift: Proae Depositarius 1mus. R. P. Adaudus Cichocki Subprior Depositarius 2dus R. P. Columbanus Pinkoſki Concionator et Resolutor Casuum R. P. Cirillus Pełgoſki S. T. L. V. P. Facundus Lachowicz V. P. Evodius Janikowski. V. P. Ceslaus Mientuſzewski — V. P. Macarius Grodzicki. Fr: Nikolaus Gaiewski Laicus. Provisio Codnianensis. Electus est Priorem A. R. P. Vincentius Sawicki votis plenis R. P. Simon Zarzycki S. T. L. Subprior et Depositarius. R. P. Gaspar Urbańſki Concionator et Resolutor Casuum V. P. Emmanuel Rozkoſki V. P. Hugolinus Mlacak Fr: Hiacinthus Rzeczycki Laicus Provisio Conv: Aciznesis. Electus est in Priorem E. A. R. P. M. Henricus Faborowicz S. T. D. votis plenis Resolutor Casuum. R. P. Benedictus Jechelka S. T. L. Supprior et Depositarius. R. P. Modestus Obiedzinski Conc: et Deposit: 2dus Andreas Zaiaczkoſki Laicus. Provisio Conv: Narodicensis. Electus est in Priorem A. R. P. Nicodemus Gierwatoſki votis plenis R. P. Donatus Donatus Zembrzuſki Conc: et Deposit: R. P. Cantius Lutecki Subprior S. T. L. Resolutor Casuum. R. P. Casimirus Lepkoſki S. T. L. R. P. Mauritius Petrutowicz S. T. L. et Depositarius R. P. Zefirinus Grązki Fr: Eleemosinarius Szutoſki Clericus. Fr: Florianus Menkiewicz Laicus. Provisio Conv: Orchoviensis. Electus est in Priorem A. R. P. Salesius Ostrowski votis plenis. R. P. Saturianus Zawadzki S. T. L. Subprior et Depositarius R. P. Stanislaus Ruzycki Conc: et Deposit: 2dus atq; Resolutor Casuum Fr: Casimirus Szemplinski Laicus Tandem cum virtuti Praemium meritis promotio Laboris remuneratio Juste debeat cum sole clariora fulgebant merita in hac nostra Provincia R. P. Baccal: Simonis Łboynicz Praedicatoris Generalis Provincialis electi; qui plausibili Verbi Divini Praedicatione duodenium jam compleverit. Officio quoq; Magistri Noviciorum et aliis functionibus meritoriis cum Prior factus fuerit in variis Conventibus laudabiliter se gesserit, Signanter in Conv: Cracoviensis stante moderna Calamitate ubi vix aliquis paucissimos sustentasset Religiosos. Ille amore Provinciae Noviciatum et Studium Theogicum huc usq; fovit. Quapropter Universa Provincia praefatum R. P. B. Simonem Łboynicz Praedicatorem Grlem Provincialem nostr: electum dignum judicat laurea Magistrali pro qua Obtinenda Uble Dift: iteratas porrigit preces Rmd Pttri Vestrae. Cujus gratia etiam praesentat Uble Diffinitorium Considerando virtutes et merita R. P. B. Benedicti Danilofski Praesentis Capituli Praesidentis ter munere Dift: Proae laudabiliter functi; quiq; in sacris exodris Verbum Dei cum Fructu animar: praedicavit demum ad gradum prioris evectus variis in Conventibus, tam in Economia quam in observantia Religiosa exemplarissime

se-

se gessit. Eundem pro obtinenda laurea Magisterij Uble Diff:
præsentat Rmæ Pti Uræ Alior. quoq meritu pro adipiscendo gra-
du Baccalaureatus Rmæ Pti præsentamus R. P. Lect. Fortunatum
Kobylinski Diff qui sex annis Phiam ac Theologiam tradidit tum
Mgri Novitior. Onus sustinuit, quatenus eundem ad Gradum Bac-
calaureatus promovere ac Regentalib Litteris transmissis eidem
intituere dignetur. Præstat quoq idem Uble Diff: RR. PP. Lectt:
Romualdum Siebaczynski, Aloisium Kupinski Diff. actualem,
R.P. Lectore Philippum Dziubinski Diff: Superstitem qui Primidus
pluribus annis in exactis Officiis Prioratus Laudabilissime se ges-
serunt. Tertius pariter cum per sexennium in Scholasticis
Laboribus se desudabat, Conciones Zelo in Ecclesia Cathedrali
Chelmensi Apostolice declamabat. Quatenus Suplicamus
Reverediss. Pti Uræ quatenus eosdem ad Gradum Bacca-
laureatus promovere dignetur. Pariter presentat VV Diff:
R.P. Bernardum Janowski pro obtinenda Prædicatura
Generali: qui plausibili Verbo Dei, in Variis Conventibus
condecoravit Religionem nostram. Pro obtinendo vero Gradu
Lectt. in Sacra Thla. recommendantur sequentes. R.P. Zephirinus
Wasilewski, Bonifacius Kremer, Eustachius Dziubinski, Remi-
gius Kitlinski, Cum Conventus Pilznensis ad Cæsaream Ditio-
nem sit avulsus ac R.P. Botvidus Braier, S.T.L. sit affiliatus illi
Conventui, idcirco suplicat Uble Diffinitorium Rmo Patri
ut præfatum Botvidum Braier Conventui Varsavien. affiliare
dignetur. In Diff. Gnlem electus est votis 17 Ex Mgri Adalbertus
Rocienenski Prior Varsavien. In Secretarium Provinciæ R.P.
Aloisius Kupinski Votis Octo. Ob Paupertatem vero Provinciæ
nostræ Polonæ Discretum Generalem Cassari rogamus, Hæc
sunt Reverend. Pater Capituli Electiones ~~eiusdem Favo-
ribus~~ et Acta pro quorum Aprobatione et Confirmatione
ad Pedes Rmæ Pattis Uræ Submisse provolvimur, humil-
lime obsecrantes, ut iisdem Favoribus, ac Paterni amoris Affe-
ctibus, quibus semper nos prosequitur D.O.M. Pattem Uram Reverend.
Eremitico Orbi diu servet incolumem. Datt. In Convent. Ciechanov. Sub
Tempus Capituli Provincialis D. 11 mens. 8bris 1786. Anno.

Fr Baccalaureus Danilowski Præsidens
Fr Baccalaureus Simon Woyniec Aug. Prd. Glis Provinc. electus
Mgr Fr Thomas Kobylanski Aug. Exprovinc.
Mgr Fr Augustinus Zastawski Aug. Diff. 1mus
Fr Lector Fortunatus Kobylinski Aug. Diff. 2dus
Fr Romualdus Siebaczynski Aug. Diff. 3tius
Fr Baccalaureus Thadeus Laskowski Aug. Diff. 4tus
Fr Aloisius Kupinski Aug. Diff. Prov. Secretarius
Fr Augustinus Marini Aug. Diff. Extus

Fr. Stephanus Bellisini SS. Theol. Mgr Totius Ordinis FF. Eremitt. S. P. Augustini Prior Generalis.

Visis retroscriptis actis tenore presentium nostriq muneris auctoritate necnon de Consilio AA. RR. PP. nobis assistentium, omnes actiones, Sectiones, ac determinationes in actis ipsis insertas ac descriptas, approbamq et confirmamq, animo sequid quoad Electioné aliaq in prefatis actis a nobis sanandum et convalidandum occurrit. sanamus et convalidamus annulamq vero saltem in parte Decretum tertium declarantes et statuentes (: si contrarium non decernat Sacra Regalis Majestas Polone) Religiosos etiam extraneé Nationis promoveri posse, cum adnexis privilegiis ad gradus Dignitatesve, quae Jurisdictionem aliquam, aut Bonorum Temporalium, administratione adjunctam non habent. Item approbamq distributionem Summe 200 Hungaricor prout in Cartula extra acta nobis data dum modo verificet, quod talis distributio facta sit a Diffinitorio Provinciali. Item concedimus et decernimq, ut duo decem Decreta, pro ista nostra Provincia emanata, d. 22 Julii Cur. Anni 1786 vim non habeant, iis quinq exceptis, quae signata sunt in actis. Pariter statuimq ut Conventq Vilnensis solvat Conventui Cracoviensi tantum modo annuos Florenos Polonicales Quingentos Datum In Conventu Nostro S. P. Augustini de Urbe. Die 5ta Decembris Annô 1786to.

Fr. Stephanq Augustinq Bellisini Generalis.



nostri muneris affixo sigillo
Mgr Fr. Adreas Moralia Ord. Secr. Reg. Lib. 1.

Haec cum vobis promulgamq Capituli Ciechanoviens Acta a Reverendissimo Generali nostro Gratiosissime Confirmata, quo tantum possumq conatu hortamur ac In Dno monemq Omnes PP. ac Fratres In Xsto Dilectissimos. Imo Cum Leges non Frustra Conduntur, nisi ut omnino observentur, precipimq Superioribq Localibq Sub merito Salutaris Obedientiae, ne strictissimam rationem nobis in visitationibq et Deo in Extremo Judicio sint reddituri, debitam Legum observantiam: quae ut sint notae Omnibq PP. ac FF. curabunt omni Septimana tenendo Capitulum de Culpis Indispensabiliter, aliqua eorum explicare, et de illis Fratres certiores reddere quae sunt aliquando statutae in Capitulis tam Generalibq quam Provincialibq hujus Provinciae, signanter vero In Capitulo Glmoderno Romae celebrato. . . 2do Adhortamur Omnes Superiores Locales ut Inventaria Suorum Conventuum Ecclesiae, etc. quam primum conficiant, atq munimenta et alia Jura Conventus in Fasciculos ordinate Colligant et in Archivo, vel loco aliquo securo, ad Visitationem nostrá Conservent. 3tio Ut per specialem opem Sancti Legislatoris Nostri et Patriarchae Augustini nimis atritae Provinciae nostrae dignetur Altissimus Benedicere, Ideoq illico curabunt Superiores Locales, ut Omnibq in Conventibus post Completorium omni die Indispensabiliter Cantetur Himnus Magne Pater Augustine adjecto versu Ora pro Nobis B. P. Augustine et Oratione Concede nobis quaesumus etc. ut fuit statutum In Capitulo Provinciali Annô 1719 Brestae celebrato, et aliis quam plurimis quoq usq ad Nostra tempora devotissime observabatur. 4to Revocamus vobis in memoriam Saluberrimam Exhortationem Praedecessoris nostri monendo Patres et Fratres qui immemores Suae vocationis et Professionis imo et Salutis animae Suae conformantes se huic Saeculo, In Comessationibq et Ebrietatibq

et Persona V. P. Venantii Krolicki advertimus. Confidimus tamen plurimum in solertia ac vigilantia R. P. Superioris Localis Donati Zembrzyski, quod praeter tot, tantaque documenta indefessi laboris Sui, pro promovendo augendoque bono Conventus, insudabit ultro pro gloria Dei, prosperitate progressuq boni publici Conventus Sui. — Jam vero cum V. P. Venantius Krolicki, plurimis obnoxius criminibus, ac de iisdem convictus, non expectando Sententiam quamdam judicialem, aut amotionem à Conventu Kodniano aufugerit; Cum prout Constitutiones Ordinis Nostri praescribunt, interim pro Excommunicato sententiamus, at ubi comparuerit: remittimus eum pro poenis ad C.r ac A. R. P. Magistrum Pl.e aut V.ble Diffinitorium. Revocamus in memoriam Ordinationes omnes V.blis Diffinitorii ut observentur. Cum vero etiam confidamus plurimum in Zelo, ac boni publici Conventus et Provinciae amore R.ndi Patre Pantaleone Kozanski spectante, quem Subpriorem et Praedicatorem in Conventu hoc ab Ex.mo ac Adm. R.do Patre Magistro Pl.i Simone Woynicz institutum relinquimus. Eundem praeterea in D.no obligamus, ut R. P. Priorem adjuvet, eidemq auxilio ubi opus fuerit in omnibus praestet, — Registra omnia Conventus fideliter teneat ac consignet. Volumus praeterea ne unquam Conventus Religiosis, et Ecclesia quâ Parochialis Presbyteris destituta maneant, sed ubi necessitas extrema postulaverit, absentiam R.ndi Patris Prioris subpleat praesentia R.ndi Patris Subprioris et econtra. Lectum in Capitulo Conventus Kodniarensi sub tempus Visitationis Ibidem Deputatae Die 11 Mensis Martii Anno 1788. Fr. Evodius Janikowski

Augy Comm. Pl.is mpp

In Nomine D.ni nostri Jesu X.ti Benedicti Amen.

Mgr. Fr. Simon Woynicz Aug. S. Th. Doctor D.r p Poloa et M. D. Lithe Prior Provincialis

Quadriennatê totius Provinciae nostrae Ut prorsus immeritus et indignissime tenentes Officium, nemini latet, quâ viâ quâ negotiorum hactenus premebamur pondere. Signant occurrendo inauditis scandalis et scelerata astutia et scandalosa inobedientia in ruinam totius Regularis Observantiae provenientibus, stante moderna calamitate temporis, ita quod in continuis angustiis certe nobis succumbendum foret, nisi Clementissimus Deus in adversis adjuvisset nos, spesq Congregationis futurae Intermediae adesset infallibilis Domina hac in omnibus adversis Locati virtute, feliciter, animoq alacri attingimus medium in quo a Prudentissimis Viris in Provincia pro ulteriori tractu in agendis.

sanorum Consiliorū capiamus documenta: sperantes, quod imbecillitatem nostram quam in sublime officiū vestra erexit charitas, sustentabit pietas, nectansq animus noster Vestro prudentissimo Consilio stabit contra inobedientes et ambitiosos creatus, et perturbata a malevolis Provincia optatissimā assequet pacem quam unicē desideramus. Donet Deus ut vos Res Clarissimos ac Rndos in Xto Patres suis titulis ornatissimos incolumes amplectamur. Quo inhaerendo Sacri Cent: Par[illegible] Decreto piae mem Rmi Magistri Fris Xaverij Vasquez totius Ordnis nostri Glis de celebranda in medio Quadriennii Inter media Congregatione videlicet: Clmū Patrem Magistrū Thomam à Villanova Kobylanski Ex Provialē Rectorem Provīae absolutū Clm Patrē magistrū Benedictū Danilowski pfati Capituli Ciechanov. Praesidentem Clm Pm magistri Augustinū Zastawski Deffrē Pvae Rndū Rndū Pm Baccalaureum Fortunatū Kobylanski Studij Varsav. Regentē et Conv Vilnens Cum pseno Vicarii Priorem Adm Rndm Pm Thadeū Zastawski Praed Stae Vicarium Priorē Conventus Crac. Adm Rndm Pm Alojsiū Kupinski Secretarium et Deffrum Pvae Adm Rndm Pm Romualdum Sieklucynski Deffm Pvae Adm Rndm Pm Augustinum Skarini Praed Glm Deffm pro celebranda Intermedia Congregatione pro Die 4ta mensis Julij Anni p senti 1700 Invitamus, ac praesenti Processu Citamus et Convocamus ad Conventū nostrae Radzichov. Non gravent itaque Clm ac Adm Rndi PPtres Suis titulis ornatissimi ad Domū Recollectē prompte condescendere, animo quos itidem sincero Corde plenoq affectu expectamus Nobisq et Officio suo in iis quae erunt opportuna Suppl. maiore Provīae utilitati. Seq Religioni ac majori Divinae Gloriae Incremento pponere Statuere, decernere, et declarare, totique, animis adesse Specialiter vero citamus Clm Pm magistri Thomam Kobylanski ExPvlē ut in futuro proximo Capituli Radzichoviae se psentē sistat, ad praetensiones Provīae et Conventuum Signant Conventus Cracov. Lublin et Brestani responsurus sub poenis contra inobedientes in Sacris nostris Const latatis. Simili modo Clm Pm Mgrū Augustinū Zastawski Pvae Deffm ad obita P. Ciecchi Zelazowiez. Conventus Vicl Prioris quae in praesentibus unā cū Registris Conventus Sicut etiā Rndm Donati Zembowski cū Registris omnibus, sui Conventus Codniane convocamus Hac de causa invitamus AARRPP sed ARP Baccalaureū Philippum Dzierzyński Priorem Ciechan. ARP Bacal Michaelē Nowakowski Pvl Deffm Supernites ut si occurrerit aliquibus De Corpore Deffii abesse corpus Deffrij adimpleant - Praef hos specificato PP Suis titulis Ornatissimos à Nobis citatos et Convocatos ad dictū Conventū Radzich. sivi Domū Recollectā sine expressa licentia nostra in Scriptis obtenta nemini licebit accedere sub poenis in Sacris nostris Constitutionibus p 3 C 9 [illegible] latatis. Ut autem feliciori omine incepta futura finiat Intermedia Congregatio cū Incremento Gloriae Dei Stae Religionis honore ac Pvae emolumento, mandamus ac praecipimus omnibus curae nostrae Subjectis Pbus et Fbus ut in unoquoq Conventu istius Pvae memorata C 4 5 et 6 Julii immediatē post prima Hora Missa de Spiritu Sto Solem ac devotē cantet cū duabus Collectis una de B Virgine et altera de S P N Augustino. In Missis vero privatis juxta directorij apponendum in fine praecedentū addat Collecta de Inplorando à Deo felicissimū Consiliorum Successū ac dispone in dicta Congregatione Intermedia Radzichoviens. expediendorum et signenter Pacem ac charitatem mutuam Fraternam meminerint Paternitates Vestrae suis titulis Ornatissimi crebras etiā ad Deū fundere preces pro felici Statu Serenissimae Reipublicae nostrae et totius nostri Sti Ordinis et Singulariter Huius Provīae Tum quoq p currentis Anni

Sacerdotibus nostris Viris atq defunctis aggregatis Ordini nostro Provinciae ac Fratribus Sororibus
Ordinis nostri ac quorum defunctorum post Cap. Lict. praesenti apponimus seriem videl: Animae
Magnifici Dni Dni Francisci a Paula Grasceuski Conf. nostri die 25 Aug 1707 demortui R. Fri
Fri Clementis Golanski Laici Varsaviae 1708 6 Januarii V.P. Raimundi Zaysiczderski
Vars 2 Octbr A.R.P. Stanislai Porudouski S.T. Mag. L. Vicarii Prov. Lituaniae ibidem 16 April R.P.
Carmelli Stefanski S.T.L. Vicarii 25 April R.P. Norberti Proski S.T.L. Concionat. 20 Maji Fris
Onufrii Wydzierski Laici Cracoviae V.P. Arnolphi Murnewicz Cracoviae 1 9bris A.R.P. Au-
gustini Zosski S.T.L. V. Prov. Conv. Lituaniae ibidem 3tia 9bris A.R.P. Martini Putawski
Baccalaurei V.P. Stephani Varsaviae 14 Febr 1708 R.P. Remigii Kielbinski S.T.L. Varsaviae
1 Febr R.P. Vitalis Borowski Conc. Vicel. ibidem 11 April Vener. Sororis Helenae Vadma-
nowna Monialis Cracoviae A.R.P. Erasmi Magr. S.T.L. Gnidensis Professoris Vars. ibidem 24
Martii — Bene interim valete Patres et Fratres Charissimi Deumq D.O.M. pro Rdsmo
Patre nostro Gli nobisq ac universa Provincia orate — Dedimus Cracoviae Sub Tempus
Visitationis nostrae die 6 Mensis Maji 1708vis Anni In quorum fidem praesenti Sigillo
Majori Prov. munitas manu propria subscribimus — F. Simon Woynicz Aug Prlis mpp

I.M.I.

Magister Frater Simon Woynicz Augustinianus Sacrae Thliae Doctor, per utramq Poloniam, Borusiam et Magnum Ducatum Lithvaniae Prior Provincialis.

Ne videamur Officio deesse, Singulas Vobis Patres et Fratres in Christo Dilectissimi determinationes Congregationis Nostrae Intermediae in Conventu Radziechoviensi Die Quarta Mensis Julii Anno Currenti Celebratae jam a Rndissimo Pre Mgro Stephano Augustino Belisini totius Ordinis Nostri Priore Generali approbatas et Confirmatas tenore praesentium Nostriq muneris Authoritate Notas facimus. Imo Summas binas alteram 3000. Florenor Pol. ab Illma Magnifica Dna Antonina de Potockie Rzewuska Palatina Volhyniae Conventui Radziechovien. Cum obligatione Cantandi unam Missam quovis sabbatho Oblatam, Alteram 2000 Flor Pol. ab Eximio P. Mgro Simone Woynicz Provinciali pariter Oblatam Conventui Lublinen. ut pote filiali, ut circumdepiat muro, Cum Obligatione Cantandi quotidie Antiphonam Salve Regina etc a Patribus quotquot in Contu praefato adfuerint, et hoc perpetuis temporibus, praesens Venble Diffinitorium acceptat — 2do Contui Conecensi in Ditione Regis Borussorum sito de Summis Praetorii Conecen. jussu Regentiae Borussiae levatis praesens Vble Diffrum aedificationem Lapideam in fundo Contus extructiae permittit — 3tio Summa 200. Aureor. hungari cutiu per P. M. Prem Mgrum Erasmum Bartolt Prlem in deposito Contus Vilnen. relicta, post mortem Ejus in exsolutionem debitorum Provinciae Accuratae per Prem Prlem modernum distributa a praesenti Venbli Diffinitorio agnoscitur — 4to Quoniam per multos Annos Cassa Provinciae non parum passa est detrimentum, ex quo antecedentes RR. PP. Prles nullum Calculum de perceptis Summis Patribus Diffinitoribus reddiderint, ideoq praesens Venble Diffrum supplicat Rmo Patri, ut in posterum (: sicut nunc factum est :) Patribus Provincialibus tum in Capitulis, quam Congregationibus calculationem injungere dignetur — 5to Cum R. P. Mgr Urbanus Pudlik Augustinensis Ordinis (: per procuratum sibi Saecularisationem :) desertor

Is

Adcitaverit R.P. Mgrum Waynicz præsentaneum Nrõ Prõe Prolem proportis super super rebus suis Arestis, et vicissim à R.P. Mgro Proli ad Judicium Consistoriale Luceoriense Addictus pro nondum præstita refusione damni illati Contui Cracovien in Congregatione Intermedia An 1775 in Contu Zaturcen a Vbli Diffrio eidem injuncta, alijsq non modicis damnificationibus tam Contus quam Ecclesiæ Zaturcen, ideoq ne R.P. Prolis aliquod in suo peculio patiatur detrimentum præsens Vnble Diffrum ulterius sumptu Prõæ R.P. Mgro Proli cum præfato P. Sadlik jure agere concedit — 6to Ex quo Contus Varsavien Summam 2000. Flor. Pol. et Ciechanovien Sum 1000. Flor. Pol. ex Cassa Prõæ pro re sua acceperit, præsens Vnble Diffrum præfatis Conventibus Summas prædictas exolvere jungit, hoc modo videlicet Contui Varsavien per decem Annos, quolibet per 200. Flor. Pol. Ciechanoviens pariter per 10 Annos quolibet per 100. Flor Pol.. 7mo In Contu Varsavien pro Summa 4000. Flor Pol. quæ eidem obvenerat post fata R.P. Magri E Bartoll ut quot Annis perpetuis temporibus pro anima Ejusdem Absolvat Aniversarium Cum Missa Cantata, præsens Vble Diffrum Statuit, Confirmationemq a Rmo Prẽ exposuit — R.P. Mgr Thomas Kobilanski Ex Prolis ad plurima Objecta in Congregatione Intermedia Vnbli Diffrõ responsurus fuerat sed cum ob Infirmitatem suam venire nequiverat, ideoq præsens Vnble Diffrum totam illius Causam ad futurum Capitulum Suspendit — Religiosis vero qui in Contu Vilnen fecerunt Conspirationem adversus Superiorem Suum localem R.P. Bac Martinum Putawski, ex Suasu alior: tanquam ignorantibus Causam, ut ex eorundem recessu Constat, pœnas promeritas expressas in SS. Constitt ob spem futuræ Correctionis præsens Vnble Diffrum Condonat, iisq imponit ne similia deinceps attentare præsumant — 9no Distributionem rerum post Defun R.P. Magrum Erasmum Bartoll in Contu Filiali Varsaviæ relictar. per R.P. Magrum Adalbertum Kocierzynski Priorem Varsavien cum Deputatis R.P. Contus factum præsen Vnble Diffrum Justam, et legittimam agnovit, Murmurantibus è contra perpetuum Silentium indicit — 10mo Ut Fratres Juniores quibus flagitio potius Studia sunt quam honori ad Sacros Ordines a Superioribus promoti crebris literis pro sua à Studio amonitione Prem Mgrũ Provalem non molestent, præsens Vnble Diffrum Statuit juxta Decretum Capituli Gñs Bononiæ An: 1753. Celebrati. Qui Sua Culpa à Contu exciderint utraq voce Careant ut Se a sua Socordia arceant, Prioribus vero eorundem Missionem pro Capellanis Sub pœna Suspensionis ab officio interdicit —

11mo R.P.M. Pachomius Czubowicz aggregatus Filiis Contus Varsavien R.P. Josephus Bochenski Filio Contus Cracovien — Dispositione Familiar: ante quas lectæ fuerunt Litteræ Rmi P. Generalis quibus tribuunt facultas eligi posse tres Patres de Corpore Diffinitorii in Vicarios, Priores — Pro Contu Cracovien electus est in Vicarium Priorem R.P. Bac Alexius Kupinski Diffi Prõæ Votis plenis. Pro Contu Vilnen electus est in Vic. Priorem R.P. Bac Fortunatus Kobylinski Diff Prõæ Votis plenis, Pro Contu Illucien electus est in Vic Priorem R.P. Lector Hilarion Gyżtowt Votis 6. Pro Contu Brestn electus est in Vic Priorem R.P. M. Pachomius Czubowicz Votis plenis. Pro Contu Vrelunen electus est in Vica Priorem R.P. Lector Patritius Zaluski Votis 5. Pro Contu Rawensi electus est in Vicarium Priorem R.P. Bac Romualdus Sukuczynski Diff Prõæ Votis plenis Pro Contu Crasnostavien electus est in Vica Priorem R.P. Carolus Bzik votis 7.

Votis 7. Pro Conventu Ochoviensi electus est in Vicarium Priorem R.P. Bac. Thaddeus Laskowski
Diffi Proae votis plenis – Pro Conventu Zaturcensi electus est in Vicar. Priorem R.P. Evodius Jankowski
Votis 8. Pro Conventu Colmanensi electus est in Vicarium Priorem R.P. Ceslaus Miętusowski.
Votis 6. Pro Conventu Narodiciensi electus est in Vicarium Priorem R.P. Augustinus Jęzewski
In Secretarium Provae electus est R.P. Bac. Caietanus Starzenski votis plenis – In super ad
Majus incrementum ampliandum per Provam Studior. nrorum, et ut excellentiori gradu
flagrantissimus Zelus Scholae in Annis S.T. Professum Philosophiae Lector. clarius effulgeat,
exindeque juvenes Religiosi ad Obtinendam Sapientiae viam alacrius allicieantur Supplicant
humillime praesens Venble Diffrium Rmo P. Generali quatenus R.P. Fortunatum Kobylinski
Regentem Studii Varsaviensis a nobis recenter Praefectum Studior. per Provam plenis Votis electum
Confirmare dignetur transmissis eidem ad hocce munus dignitatem et patentibus Litteris. –
Tandem Venble Diffrium praesentat Rmo P. Generali pro obtinendis suis respective gradibus
Sequentes RR. PP. Primo, cum ad praesens vacet locus Magisterii de numero denario post
pie defunctos RR. PP. Magros Anselmum Koteba et Anselmum Frankowski ac post
P. Urbanum Sadlik obtenta facultate Romana ad Statum Saecularem egressum, In hos
itaque locum dignos esse censent Substituendos pro obtinenda Laurea Magistrali, scilicet
in locum R.P. Magri Anselmi Koteba R.P. Cherubinum Szczebinski, ab Ao 1763. ad
praesens in Sac. Thlia Baccalaureus qui absolutis Studiis in Conventibus Illucensi Gnesnensi et
Lublinensi plausibiliter Verbum Dei praedicavit annis prope decem Dein in Arduis
Officiis Sibi a Provae impositis uti Prioris, Diffris, Magri Novitiorum, Secretarii, aliisque functionibus
meritoriis exemplariter ac laudabiliter Se gessit Votis 8. = In locum R.P. Magri
Anselmi Frankowski R.P. Bac. Caietanum Starzenski qui continuis laboribus Scholasticis,
in tradenda Philosophia, et Thlia incubuit annis tredecim, ac per id temporis Spatium
Conciones Zelo Apostolico declamavit Votis 7. In locum R.P. Magri Urbani Sadlik
R.P. Bac. Taddaeum Laskowski Praedicatorem Gnalem qui finitis Studiis non cessavit
praedicare Verbum Dei cum extensione Spiritus et aedificatione Populi in Conventibus
Vilnensi Cracoviensi et Varsaviensi Annis 10. Votis 7. 2do Supplicant cum praesens
Venble Diffrium Rmo P. Generalem ut RR. PP. Rotoido Brajer, Alypio Niedzielski,
Constantino Marszewski Antonio Stawko Gradum Bac: Conferre dignetur qui
per aliquot jam Annos in tradendis disciplinis desudant Thliciis Pro PP. vero
Lectoribus Andrea Wawrzyskiewicz et Augustino Domanski humillimas preces
Venble Diffrium Rmo P. Generali porrigit, ut eos declarare dignetur praedicatores Gnales
Quo juniores Religiosi ad Studia alliciant, Supplicat postremo Rmo P. praesens Venble
Diffrium quatenus gradus Lectoratus Conferre minime dedignetur Sequentibus PP.
Columbano Pinkowski, Augustino Jęzowski, Marcello Paszkowski Herculano
Nabicht, Carolo Brzicki, Agnello Kicki Bonaventurae Wasilkiewicz Macario
Grodzicki Evodio Jankowski, Leonardo Pancerzynski, Nicodemo Gierwatowski,
Ceslao Miętusowski, – locus futuri Capituli Prolis relinquitur arbitrio P. Magri
Prolis Haec Sunt, Rme Pater, congregationis Nostrae Intermediae electiones
et Acta, pro quorum Approbatione, et Confirmatione Rmae Pti. Vrae
nrae humillime porrigimus preces. Divinam interim Majestatem pro vestra
incolumitate ac diuturna felicitate deprecamur Datum in Conventu Nostro Radziechoviensi
die 8. mensis Julii Ao 1788. (L.S.) Mgr Fr. Simon Woynicz Aug. Prolis
Mgr Fr. Benedictus Danitowski Aug. Mgr Fr. Augustinus Zastawski Aug. Diffr
Amus Fr Fortunatus Kobylinski Aug Diff 2dus (L.S.) Fr Romualdus Sukaczynski Aug
Diff 3tius (L.S.) Fr Aloisius Kupinski Aug Diff Proae Fr Thadeus Laskowski Aug
Diffr

Fr Augustinus Marini Aug Dff Prov. Fr. Cajetanus Starzinski Dff Prov. Superstes = Sequit approbatio

Fr. Stephanus Augustinus Bellisini Viterbien. S. Theol. Mgr totius Ord. Frum Eremitrum S. P. N. Augustini Prior Generalis et Commissarius Amplicus.

Visis retroscriptis Actis tenore praesentium nostriq Muneris Authoritate nec non de Consilio Adm RR PP. nobis assistentium omnes actiones, electiones, determinationes piasq acceptationes ac onera tum respectu Illmae Dominae Antoniae tum P. Magi Woynicz, tum demiq P. Magi Karlott defuncti aliaq ibidem determinata, et Statuta approbamus, et confirmamus illaq firmas et ratas esse haberi volumus. Statuimus pariter ut tempore Capituli Prolis et Congregationis Intermediae Pr. Proalis reddat rationem P. P. Diffinitoribus de datis et acceptis pro Provincia, dicat et de Summa pecuniae quae remanet in Cassa ejusdem Prov. — Electionem vero P. Bac Kobylinski in Praefectum Studiosum Provinciae expeditam non existimamus Datum in Conventu nostro S. P. Augustini de Urbe Die 13. Septembris Anno 1788. — Fr Stephanus Augustinus Bellisini Glis et Commissar Amplicus (L S) nostri muneris Sigillo Mgr Fr Joannes Andreas Moralia. Ord. Secretarius Reg: Lib 3.

Haec dum vobis acta Congregationis Intermediae a Rmo Pre Magro Grali approbata et Confirmata promulgamus, Commendamus simul Orationibus Vestris Animas V. Sororis Veronicae Cieplinska Cracoviae defunctae et M. D. Mathiae Majewska Confratris Conts Ciechanovien. Benefactoris Bene in Dño. Valete — Dedimus Ciechanoviae d. 10. Mensis Novembris 1788 Anno

Cursoria via sic ordinatur. Mgr Fr. Simon Woynicz Aug Prolis qui supra

Varsaviam.
Brestam.
Orechoviam
Vilnam
Codnam
Harodiscios ibiq maneat.

(L S) Nostri muneris assensu Sigillo

Mgr Fr Cajetanus Starzinski Aug Sac Theol Dr Prov Secretarius.

Visitatio 3tia Conventûs Kodnianensis.

Magister Frater Simon Woynicz Augustinianus, Sacræ Thliæ Doctor, per utramque Poloniam, Borussiam et M. D. Litt. Prior Provincialis

In tertia Visitaône hujus Conventus nostri Kodnianen. cum conspexerimus, nihil servari eorum, quæ Nos, Nostrique Prædecessores ad observandum reliquerunt, eapropter Patres in Christo Dilectissimi, ne reddamus Supremo Judici rationem pro vestra irregulari vita, cogimur Vobis, jam multoties hocce in Libro exarata, in memoriam revocare sequentia. Quæ ut observetis, in virtute Sancti Spiritus præcipimus. 1mo Omni die fiat Oratio mentalis ante Horas Canonicas, quas recitare devotè, attentè, cum pausa tenebiminor in Ecclesia, et non aliter, hora Octava Matutina, Vesperas hora Tertia, Matutinum pro Crastina die horâ Quinta cum Oratione Serotina. 2do Quavis Feria 2da, 4ta et Sexta legantur Casus Conscientiæ ad mensam per RP. Priorem, ad quos respondere RR. in Conventu præsentes tenebuntur. Feria 6ta juxta præscriptum Sanctissimi Legislatoris Nostri Augustini legatur Ejusdem Regula, notatis in Directorio diebus Decreta Summorum Pontificum. 3tio Ut Satisfiat Christifidelium devotioni, volumus, ut quovis Die Dominico et Festo Omnes Patres in Conventu præsentes non impediti legitimè in Confessionalibus sedeant usque ad finem devotionis. 4to Quoniam vero ad aures Nostras pervenerat, quod à mulieribus, contra expressa Decreta Summorum Pontificum, violetur Clausura per ingressum Cellarum Fratrum, eapropter ne id inposterum fiat, quam Strictissimè inhibemus sub Excommunicaône Papali. 5to RP. Priori injungimus, ut Ecclesiam circa circum submuret, quam primum id præstare potuerit; Cujus muri latitudo erit trium ulnarum, profunditas usque ad fundamentum. Cui etiam, ut

adimpleat

adimpleatur Voluntas Illustrissimi ac Rndissimi Domini Officialis Generalis Kijovienꝫ, ne VP. Apollinarem Grzybowski extra Claustrum sine Socio exire, aut proficisci, sinat, recommendamus. Mementote itaque Vocationis Vestræ Patres et alterutrum diligite. Bene interim in Domino valere ac Deum pro Nobis totaque Provincia exorate. Dedimus in Conventu Kodnianꝫ sub tempus Visitationis Tertiæ hac die 16. Mensis Martii. 1789. Anno. In quorum fidem manum propriam apponimus.

Mgr Fr Simon Woyniez Aug
Proalis mpp

In Nomine Domini Nostri Jesu Christi Benedicti. Amen.

Magister Frater Simon Woyniez Augustinianus, Sacræ Theologiæ Doctor, per utramq. Poloniam & Magnum Ducatum Lithvaniæ Prior Provincialis.

Dilecto Nobis in Christo Adm Reverendo Patri Lectori Evodio Janikowski Conventus Zaturcensis Vicario Priori Salutem.

Cum ob debilitatem, qua detinemur, Ultimam Visitationem Conventus Kodnianensis & Havodicensis persé peragere nonvaleamus, idcirco plurimum in Domino de Tua prudentia ac dexteritate Adm Rdi Pr Lr Evodi Janikowski Vicarii Prioris Conventus Zaturcensis confisi Te in Commissarium ac Visitatorem Nostrum Provincialem in præfatorum Conventuum constituimus ac deputamus dantes Tibi omnem authoritatem ac potestatem quam cæteri Commissarii ac Visitatores Nostri Provinciales de lege haberi consueverunt. In Nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti Amen. Præcipimus autem Omnibus Nobis inferioribus in virtute Spiritus Sancti, & sub pennis rebellionis quatenus Te Commissarium ac Visitatorem Provincialem, ut supra à Nobis constitutum in Omnibus recognoscant. Dedimus Brestæ Lithvaniarum Die 22da Mensis Decembris 1789. Ao

Mgr Fr Simon Woyniez Aug.
Proalis mpa.

L. S. Nostri muneris affixo Sigillo
Mr Fr Cajetanus Starzenski Augustianus
Sacræ Thlæ Dr Provinciæ Secretarius mpa

Visitatio Quarta Conventus Kodnianensis.

Fr Evodius Janikowski Augustinianus Sacræ Thlæ Lr Conventus Zaturcensis Vicarius Prior, Commissarius & Visitator Provincialis Deputatus, Ex speciali mandato Eximii Amodum Reverendi Patris Magistri Simonis Woyniez Augustiniani Sacræ Theologiæ Doctoris, Prioris Provincialis Vigilantissimi, Conscendentes ad peragendam Quartam Visitationem hujus Conventus Codnianensis, quem lustrantes ad tenorem Nostrarum Sacrarum Constitutionum, servatis Omnibus Servandis, cum perspeximus nullam

Observantiam in hoc pauperrimo Conventu, imò, despectas Ordinationes pro hoc Conventu in Visitationibus Eximij Patris Magistri Provincialis statutas, Statu Spiritualem & temporalem neglectum, à novis Ordinationibus abstinuimus, — Illas tantùm in memoriam revocamus, quæ sunt in Visitationibus anterioribus pro hoc Conventu statutæ. Insuper mandamus Admodum Reverendo Patri Vicario Præsentaneo ut Quingentos Florenos Polonicales in vim Futuræ Monasterij Fabricæ destinatos, nuper à Magnifico Domino Uminski receptos, & in varia negotia dissipatos omnibus modis congregari non desinat, & in Deposito relinquere, Inventarium omnium rerum tam Ecclesiæ, quam Monasterij ad formam Diœcesanam conscribi faciat, futuro Capitulo Provinciali, una cum Registris præsentationis, Vitam Religioni Nostræ conformem in omnibus actis recomendamus, ne qui ex adverso sunt, nihil habeant mali dicere de vobis, Nunc in Domino valete pro Universo Regno & Provincia Nostra Deum quotidie obsecrantes Dedimus Kodnæ sub tempus Visitationis Nostræ Quartæ Die 1ma Mensis Februarij 1790. Anno.

Frº Evodius Janikowski Idem qui supra
mpp

Mgr Fr Pachomius Czubowicz Augustinianus Sacræ Theologiæ Doctor per Poloniam et Magnum Ducatum Lithvaniæ Prior Provincialis. Venerabilibus Nobisq in Xto Dilectis Patribus ac Fratribus Salutem in Domino.

Postquam praeter spem et Expectationem Nostram Sola plane Divina Dispositione electi et Renuntiati sumus in Priorem Provincialem, Totius Inclitae Provinciae Nostrae Poloniae; ostenso talem Electionem et Confirmationem Reverendissimi Patris Nostri Generalis ac ea quae statuta sunt in celebrato nuper Capitulo Provinciali Breste Vobis Patres et Fratres in Christo Dilectissimi nota facere et promulgare constituimus Suntq ea. Imo Summas ternas primam 3000 Florenos Ruthenicorum Conventui Lenecensi à Perillustri Rmo Domino Antonio Pikorski Archidiacono ac Judice Metropolitano Camenensi oblatam cum obligatione absolvendi 100 Missas et quatuor Anniversaria quovis Anno pro Censu Annuo ab Eadem Summa provenienti Florenis scilicet Ruthenicis 127 grossis 15 super Bonis Stupy in Scripto Praesens Venerabile Diffinitorium acceptat, Approbationemq Reverendissimi Patris Prioris Generalis exposcit. 2do Binas summas Eidem Conventui oblatos, alteram 900 Florenos Ruthenicorum pro 12 Missis Lectis quotannis absolvendis, alteram 200 Flor Ruthenicorum pro Missis duobus Lectis et una Cantata absolvendis

absolvendis in Anno pariter Veneralile Diffinitorium acceptat suppliatq. Rmo Patri pro Approbatione. 3tio Summam 3000 Florenos Polonicalium Conventui Filiali Lublinensi à Rndo Patre Magistro Simone Weyricz Provinciali Absoluto oblatam Ea intentione ut post Sera fata Ejus pro salute Defunctorum quodAnnis absolvantur quatuor Anniversaria cum Missa Cantata pro Censu Annuo juxta Legem Regni ab ea provemiente Stante autem vita Ipsemet hunc Censum recipiat sicut et Censum à Summa Capitali 2000 Mill. Flor. Poloniealium ab Eodem in Congregatione Radzieckovia Anno 1788 celebrata Eidem Conventui Lublinensi oblata, Praesens Veneralile Diffinitorium etiam acceptat ac Approbationem Rmi Patris Grelis expostulat. 4to Ulitori Directorij, ut Quilibet Conventus quotannis tot Florenos Polonicales pro Typpo contribuat, quod habebit de Familia Praesbiteros Praesens Veneralile Diffinitorium Decernit, 5to Attentis moleamus nimijs contributionibus ad Thesaurum Reipublicae, Paupertate Conventuum Praesens Veneralile Diffinitorium Collectam pro Cassa Provinciae, ut minus necessarium cessat. 6to Conventus Crasnostaviensis et Lublinensis ut in primo Capitulum Provinciale in posterum celebretur in Altero Congregatio intermedia, à Praesenti Veneralili Diffinitorio designantur. 7mo Statuit Vrle Diffinitorium Praesens Ut imposterum R.R. P.P. Conventuum, ad Praedictos Assignatos pro celebratione sive Capituli, sive Congregationis Congregati Eidem praebito Conventui, in quo Celebralitur sive Capitulum sive Congregatio, Solvant pro Victu Flo. Pol. Octodecem equos autem et Famulos de proprio sustentent. 8vo Summam Capitalem 10000 Flo. Pol. super Bonis Kleszczow Locatam Cassae Provinciae ut ab Eadem Census proveniens Annuus colligatur, et conservet, Romanis Patribus ad Capitula Generalia proficiscentibus, Praesens Veneralile Diffinitorium Decernit et hoc ob paupertatem Conventuum. 9no R. Pater Magister Simon Weyricz Absolutus Provincialis ut captionem Omnium Literarum Patentalium Sae Regiae Majestatis per suam Activitatem: per quas quidam Religiosi facti Sunt Theologi Regij per promotionem Vendationum et Sine Scitu Provinciae committit. 10mo Quoniam Conventus Chelmiensis et Varsaviensis nunc ad meliorem Statum pervenerunt Majoremq. possint Collectam Rdo Patri Provinciali solvere quam Antea, ideirco Praesens Veneralile Diffinitorium Statuit ut in posterum Conventus Chelmiensis Rdo Pri Magro Provinciali in Visitationibus Solvat pro Collecta Flo. Pol. triginta Varsaviensis Centum quinquaginta. 11mo Cum in Nostris

Sacris

Constitutionibus nihil sit, quibus frui debeant Privilegijs Praedicatores Generales, Itaq; Praesens V.lde Diffinitorium suplicat Rmo Patri Generali: Ut in posterum Praedicatores Generales Provinciae Nostrae Poloniae jisdem fruant. Privilegijs, quibus fruunt Baccalaurei, et In sint tantum quatuor. 12. Insuper ut non molestent Provinciae nostrae Poloniae alumni suis literis Rmum Patrem Magistrum Generalem itaq; praecludat in posterum, circumscriptionibus et informationibus, ut hucusq; practicabat, suplicat V.lde Diffinitorium Praesens Rmo Patri Generali, ut amplius talibus fidem non adhibeat, donec per capitulum privatum eorum de veritate redolat. Ultimo Praesens V.le Diffinitorium enixas porrigit preces Rmo Patri G.li ut pro sua Benignitate saltem pro hac vice confirmare dignetur Diffinitores plures in Priores electos quam tenor Dispensationis sonabat, id enim lectum fuit in hoc calamitoso et lacrimabili tempore ob defectum subiectorum consulendo bono Provinciae et Conventuum innixum aliquomodo fundamento Rmi Visitatoris Apostolici, ab Urbano Papa VIII delegati Magistri Nicolai Crusennij Belgae Qui visitando Provinciam Nostram Poloniae Tale inter alia punctum 17mum tulit pro ea. Statutum de mutatione Priorum singulis triennijs non parum Provinciae huic pauperrimae obfuisse consemus, dum uno atq; altero monasterio excepto, caetera omnia Rusticorum casis quam simillima videmus. Hinc ordinamus ut Priores qui in edificandis monasterijs ex lapide in recuperandis bonis deperditis in agendis redditibus et in alijs Monasterior. incrementis, maxime tamen in Fabrica Seculi, ut boni hominis, integreque vitae fuerint ad sequens triennium imo ad secundum et tertium confirment. Qui vero suo triennio nihil omnino fecerint illos ad Prioratum nullibi indignos et sententia aliqua imposita ob socordiam privandos officio omnino judicavimus. Rdus P. Vincentius Pavieli Aggregatur Filijs Conventus Lublinensis. In Diffinitorem G.lem Electus est A. Rdus Pater Magister Simon Wyrwicz S. T. Doctor Provincialis Absolutus votis 17. In Discretum Electus est Idem A. Rdus P. Major Thadeus Lachowski S. Te Doctor Capituli Praesidens votis 13 In Secretarium Provinciae et Socium R. P. Magistri Provincialis Electus est R. P. Lector Valentinus Morawski Diffinitor Provinciae votis Plenis. Ut autem virtus sua premiet. procedere Juvenesq; ad Studia alliciant. Suplicat V.lde Diffinitorium Rmo Patri Generali Quatenus Duos Regentes

Studiorum

Regentes Studiorum Creare dignetur, videlicet R.P. Baccalaureum Placidum Uniz Diffinitorem Provinciae pro Studio Brestensi, R.P. Baccalaureum Constantinum Mierzwinski pro Studio Cracoviensi. Pro obtinendo vero gradu Lectoratus Praesentat sequentes Patres videlicet, Josephum Poczenski Nicolaum Zylinski, Gaudiosum Ulmanum Novellum Giebler, Ludovicum Pottner Athanasium Ottrel Vincentium Sawicki, Facundum Lachowicz. Hae sunt Capituli nostri Electiones Rme Pater et Acta pro quorum approbatione et confirmatione ad Pedes Paternitatis Vstrae Rmae submisse provolvimur humillime obsecrantes, ut iisdem favoribus, ac Paterni amoris Affectibus quibus semper nos prosequatur Deus Optimus maximus Paternitatem Vestram Rmam Eremitico Orbi diu servet incolumem Datt Bresta Lithvaniarum sub Die 15 mensis Julij Anno Dñi 1790 M. Fr. Thadeus Laskowski Capituli Praesidens August. Praesentis mp Magr Fr Pachomius Czubowicz Augustinianus Provincialis Electus Mr Fr Simon Wysnicz Aug. Provincialis Absolutus mp Magr Fr Thomas Kotylinski Aug. Ex Asistens Generalis et ex provincialis Magr Frater Henricus Febrowicz Augustinianus Diffinitor primus mp Mr Fr Adalbertus Kwieczynski Aug. Diffinitor Secundus mp Mr Fr Cajetanus Starzenski Aug. Diffinitor 3tius mp Fr Placidus Uniz Aug. Aug. Diffinitor 4tus mp Fr Valentinus Morawski Aug. Diffinitor 5tus ac Secretarius Provincialis mp Fr Onophrius Biedunski Aug. Diffinitor 6tus mp.

Fr Stephanus Augustinus Bellisini Viterbiensis Sacrae Theologiae Magr Totius Ordinis Eremitarum S.P. Nri Augustini Prior Generalis et Commissarius Aplicus

Visis retroscriptis Actis Tenore praesentium Nostrique muneris Auctoritate nec non de consilio RRPP. Nobis Asistentium, sanamus et convalidamus siquid in iis sanandum et convalidandum occurrat, ratam habentes acceptationem duor. Legator. quae a praenominatis Perillustribus Viris facta sunt, quantum ad nos Approbamus etiam Legatum et Census P. M. Fris Simoni Wyznicz Provincialis Absoluti, sed quo ad haec necessariam arbitrati sumus Approbationem hujus Sacrae Congregationis Episcopor. et Regularium, quam obtinere curabimus. Suspendimus autem Approbationem Privilegiorum quae Praedicatoribus Generalibus concedunt donec Nobis manifesta reddantur onera eorundem Praedicator. et Privilegia, quibus in ista Provincia frui solent Baccalaurei. Caeteras vero Acciones Electiones ac determinationes, in Actis ipsis insertas, et descriptas Approbamus et confirmamus

illasq:

illasque firmas et ratas haberi volumus. In Nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti. Datum in Conventu Nostro Sancti Patris Augustini de Urbe Die 20 Augusti Anno Domini 1790

Fr Stephanus Augustinus Bellisini Generalis cum Com missarius Apostolicus

L.S.

nostri muneris officio sigillo
Mgr Fr Joannes Andreas Marcellini Ordinis Secretarius.

Regies Lib: 5to

Supra scripta Provincialis Capituli acta à Rmo Patre Generali approbata et confirmata Debitae promulgationi mandantes, Paterno affectu Vos omnes et singulos Patres et Fratres rogamus atque in Domino obsecramus, memores sitis vocationis vestrae, mores vestros ad illam quam crebro legitis Sanctissimi Patris Nostri Augustini Regulam in omnibus conformetis Nostrasque Ordinis Constitutiones stricte observetis. Vos Subordinati Superioribus vestris tanquam Filij debitam obedientiam et reverentiam ex animo exhibeatis. Vos vero qui praeestis Paternum amorem charitatemque ex corde contestamini. Nihil sit inter vos, quod cujusquam offendat aspectum, sed quod vestram deceat Sanctitatem. Denuntiamus vobis obitum Fratris Augustini Mielinski Lectoris ... Rndi Patris Augustini Beyer S.T.L. die 31. Augusti Anno 1790 Coneijs. Bene in Domino valete et pro nobis Deum exorate. Dedimus in Conventu Nostro Varsaviae Die 4. Octobris 1790 Anno.

Mgr Fr Pachomius Czubowicz Aug. S. Theologiae Doctor Prior Provincialis.

L.S.

nostri muneris officio sigillo
Fr Valentinus Morawski Augustinianus Secretarius Provinciae

Anno Domini Milesimo Septingentesimo Nonagesimo Primo Die vero Martis 25 Mensis Januarij Codnae

Nos Mgr Fr Pachomius Czubowicz Ordinis Eremitarum S. Patris Augustini Provinciae Polonae Provincialis condescendendo ad Conventum Codnianensem Ordinis Nostri et Ecclesiam Tituli Beatissimae Virginis Mariae de Consolatione dictae Convocatisque Patribus ac Fratribus universis ad Signum Campanae in Cellam praemissoque Hymno de Spiritu Sancto ac Sermone pro exiguitate ingenii Nostri ex circumstantiis rei et temporis ad mentem

Sacrum

Sacrarum Constitutionum Parte 3tia Capite 16to Visitationem in Persona Nostra expediendam indiximus, Publicatoque praecepto cum excommunicatione juxta formam in Sacris Constitutionibus Contentam intimavimus, servatis de jure et consuetudine servandis in crastinum Se orsive unumquemque Patrum ad Celam Nostram convocari fecimus, et ad Interrogatoria in toties dictis Sacris Constitutionibus comprehensa Singulorum depositiones excepimus, audivimus et per Secretarium Nostrum infra scriptum fideliter et exacte connotari curavimus. Ex quibus edocti sumus tum de Statu Spirituali tum etiam de temporali Solicitam et vigilantem curam adhibentem Adm Rndum Patrem Cantium Lutecki Sacrae Thliae Lectorem istiusce Conventus Priorem; Nullam proinde institutionem aut innovationem in scriptis relinquere judicavimus In quorum fidem manum Nostram apposuimus et Sigillo Provinciae communiri jussimus. Mgr Fr Pachomius Czubowicz Aug Provincialis mpa

Nostri Muneris Affixo Sigillo

Fr Valentinus Morawski Aug S T Lector Provinciae Diffinitor et Secretarius mpa

Mgr. Fr. Pachomius Czubowicz Augustinianus Sacrae Thliae Doctor Provinciae Polonae et Magni Ducatus Lithuaniae Prior Provincialis.

Adm Rnde Pater Valentine Morawski Aug S. Sacrae Thliae Lector Provinciae Diffinitor et Secretarie Salutem.

Exigentibus negotijs Provinciae Accelerare Visitationes Conventuum vel optime novimus, ac ubi ob curandam valetudinem nostram personaliter condescendere non valemus, per deputatos Commissarios nostros has adimplere Constituimus, Cum vero perspectum habeamus Tuum Zelum, doctrinam, prudentiam, atque in rebus gerendis dexteritatem, proinde Tenore praesentium Nostrique muneris Auctoritate, Te praefatum Adm Rndum Patrem, Valentinum Morawski Sacrae Thliae Lectorem Provinciae Diffinitorem in Commissarium Nostrum Eligimus deputamus, ac constituimus, prout de facto deputamus et constituimus ad Conventum Nostrum Kodnensem, dantes Tibi omnem Auctoritatem, et potestatem

ad praedictum

ad praedictum Conventum Kodnianensem personaliter condescen
dendi formalem Visitationem instituendi, querelas Fratrum
excipiendi veritatem circa facta objecta, investigandi, ab Offi
cio Suspendendi, alium sive alios constituendi ceteraque
pro regulari observantia pietate et exemplaritate peragendi
In Nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti. Praecipimus
vero Vobis Omnibus Patribus ac Fratribus praefati Conventus
Kodnianensis in meritum Salutaris obedientiae nec non sub
poena rebellionis quatenus praedicto Adm Rndo Patri Valen
tino Morawski Commissario à Nobis Electo ac deputato
eandem quam Nobis debetis obedientiam ac reverentiam
exhibeatis. Dedimus in Conventu Nostro Zaturcensi Die
24 Mensis Augusti Anno Dni 1791.mo

Mgr Fr Pachomius Czubowicz
Augustinianus Provincialis mp.

(L.S.)

Visitatio Secunda Conventus Codnianensis.

Fr Valentinus Morawski Augustinianus Sacrae Thliae
Lector Provinciae Diffinitor Secretarius et Commissarius
Provincialis ac Visitator deputatus.

Ex Dispositione Eximii Adm Rndi Patris Mgri Provincialis Pachomii
Czubowicz condescendendo ad Conventum Nostrum Codnianensem
pro peragenda secunda Visitatione, quoniam adinvenimus pru
denti et vigilanti Regimine Adm Rndi Patris Cantii Lutecki
Sacrae Thliae Lectoris Prioris ejusdem Conventus, tum quo ad Spiri
tualiatum quo ad temporalia omnia debité ac recté peragi, proin
de nihil innovandum duximus. Commendavimus tantum Adm Rndo
Patri Priori quatenus ter in hebdomada legat ad mensam Commu
nem Casum Conscientiae sive questiones Morales, ac resolutio-
nes ad Captum singulorum proferat; videlicet Feria 2da
4ta et Sexta. Datum in Conventu Nostro Codnianensi die 13
Mensis Septembris Anno Domini 1791. In quorum fidem
manum propriam apposuimus.

Fr Valentinus Morawski Aug Sacrae Thliae
Lector Prae Diffinitor Commissarius ac Visitator
deputatus Provlis

Mgr Fr Pachomius Grabowicz Aug. S.T. Doct 6
Provinciae Poloniae Prior Provincialis
Exim[ij] Adm. Rndis ac in Xto dilectis Patribus ac
Fratribus Salutem Postquam binas Literas
Revmi Nostri Gnalis profundissima cum Veneratione
recepimus Easdem debitae promulgationi et respec
tivae Notitiae demandamus. Primarum Literarum sive
Decreti tenor est talis = Fr Stephanus Augustinus
Bellisini Viterbiensis S.T. Mgr totius Ordinis Frum
Eremitarum S.P.N. Augustini Prior Gnalis et Commis
sarius Aplicus Venerabilibus Nobisq in Xto dilectis
Patribus ac Fribus Provinciae Nostrae Poloniae Salutem
in Dno = Supplicationibus Nobis factis a Patribus
Diffinitorij illius Nostrae Provinciae ut nempe di
gnaremur Patribus Praedicatoribus Generalibus
Privilegia quibus fruuntur Baccalaurei ejusdem
Provinciae annuere volentes Nos tenore praesen
tium Nostriq muneris Authoritate Statuimus
et Ordinamus ut Praedicatores Gnales reapse
potiantur ijsdem Omnibus Privilegijs ac indultis
quibus juxta morem et leges istius Provinciae No
strae frui ac potiri solent Baccalaurei Datum
in Conventu Nostro S.P. Augustini de Urbe die
2a 9bris 1790 = Fr Stephanus Augustinus
Bellisini Gnalis et Commissarius Aplicus No
stri muneris Loco Sigilli Mgr Fr Andreas
Moratti Ordinis Secretarius Registratum Lib. 5to
Secundarum Literarum sequens est tenor
Mgr Fr Stephanus Augustinus Bellisini
Viterbiensis S.T. Mgr totius Ordinis Fr. Eremit.
S.P. Augustini Prior Gnalis et Comm. Apostolicus
Ordo Nobisq in Xto Dilecto Patri Provinciali
Provinciae Nostrae Poloniae Salutem = Praesen
tium tenore Nostriq Muneris Authoritate Cer
tiorem facimus Ptem Vram simulq Diffinitori
ac Discretum Gnales praefatae Nostrae Provinciae
qualiter die decima octava Mensis Maij Anno
1792 Celebrandum erit Capitulum Gnale in Conventu

Nostro S. Jacobi Majoris Bononiae prout Diffi
nitum fuit in Diffinitorio proxime praeterito Capi
tuli Gnalis ad quod Omnes praefatos Patres per
has Literas convocamus et Congregari mandamus
quatenus Feria 5ta immediate praecedenti prae
fati Capituli diem et non antea omnino Conveni
ant in praedicto Conventu Nostro Bononiae ut
omnibus electionibus et inde peragendis interesse
valeant Alios vero quoscumque Patres quibus jus
competit Suffragandi ut eidem accedere non de
dignentur in Dno hortamur ac monemus. In
super monemus ut documenta juxta Constitu
tionem Innocentij XII de Celebratione Missarum
Necnon Cathalogum Sacerdotum Clericorum Laj
corum et Oblatorum qui sue subsunt juris
dictioni secum ferant ac revisoribus Litera
rum Testimonialium exhibeant. Praecipimus
tamen in Virtute S. Obedientiae et sub poenis
in Nostris Constitutionibus Statutis par. 3 C. 9
§ 1 No 3 Ne ullus Religiosus praeter praefatos
Patres jure Suffragandi absque expressa licentia
a Nobis Specialiter Concessa ad locum Capituli
Gnalis toto tempore durationis ejus accedere
nullo modo audeat. Ceterum necesse esse duximus
Vobis in memoriam revocare Decretum editum
jam in Comitiis Gnalibus Bononiae celebratis
Anno 1753 tenoris sequentis — Quicumque
Capitulo Provinciali eligatur Diffinitor et Dis
cretus pro futuro Capitulo Gnali et quodlibet Ca
pitulum Provinciale facultatem habet vel confir
mandi Diffinitorem et Discretum electos in praece
denti Capitulo vel alium Diffinitorem et Discretum
de Novo eligendi vel Committendi facultatem eli
gendi Vocales ut Vulgo dicitur per Compromissum
juxta permissionem tamen Constitutionis Ordinis
Qui deinceps reperientur Diffinitores vel Discreti
quando vacabit Magisterium Generale tales perma
neant usque quo perficiatur electio Novi Generalis
ita ut toto illo tempore quod intercesserit inter Vo
cationem et Novam electionem nemo alius in Diffi

nitorem Desertum a Capitulis ac Congregatio
nibus Provincialibus posset eligi praeterquam in solo
Casu quo aliquis ex Definitoribus Discretis prae
cedenter electis aut mortuus sit, aut renuntia
verit aut omnino inhabilis ad suo munus ob
eundum extiterit et hoc Sancitum fuit a Defi
nitorio Gnali quod in posterum legit vigorem ha
bebit juxta acceptum ex audientia SS. Nostri Be
nedicti Papae XIV die 15 Maij Anno 1753 Dati
in Conventu Nostro S.P. Augustini de Urbe Die
27 Xbris Anno 1791 = Amantissimus ex Corde
Fr Stephanus Augustinus Bellesini Generalis et
Commissarius Aplicus. Rndo Patri Mgro Pacho
mio Czubowicz Provinciae Poloniae Provinciali
Ordinis S.P. Augustini
Caeterum certiores reddimus omnes Cdmus et Admodum Rndos
Patres de Corpore Definitorij quia statim ac rece
pimus responsorias a Rmo Patre Nostro Gnali de Ce
lebrando Definitorium spectantes quamvis Cdmi
Definit per seorsivas Literas pro determinando
die ad Conventum Brestensem invitare faciemus Datt
in Contu Nostro Brestensi Die 6 Mensis Decembris 1791
Mgr F Pachomius Czubowicz Provincialis

Cracovia
Lublini
Czarnostavio
Radziechow
Zalaszczas
Codnar
Narodycas

Nostri Maioris appenso Sigillo
Fr Valentinus Morawski Aug SPL
Prov Defin et Secretarius

Magister Frater Pachomius Czubowicz Augustinianus Sacræ Theologiæ Doctor Provinciæ Polonæ Provincialis Venerabilibus nobisq in Christo Dilectis Patribus et Fratribus almæ nostræ Provinciæ Polonæ Salutem in Domino.

Officio nostro satisfacere volentes, quod prius ob circumstantias optimè notas, præstare non valuimus, singulis vobis Patres et Fratres in Christo Dilectissimi, Præsentium tenore Acta Capituli Privati in Conventu nostro Brestano Die 23 Mensis Januarij Anni currentis celebrati a Reverendissimo Patre Magistro Generali confirmata Menseq Junij ad nos transmissa sicut et Epistolam Ejusdem Pastoralem una cum Decretis Generalibus Bononiæ in Capitulo Generali Anno Præsenti Die 26 Maj celebrato pro Universo ordine editis notificamus

In nomine Dni nostri Jesu Christi Benedicti Amen. Anno Nativitatis Ejusdem 1792. die 23 Mensis Januarij celebratum est Capitulum Privatum in Conventu Brestensi à Rndo Patre Magistro Pachomio Czubowicz Priore Provinciali pro eadem die inductum, cui aderant singuli Patres Diffres Provinciæ videlicet R.P. Magister Simon Woyniez S.T.D. Provincialis absolutus R.P. Magister Thomas Kobylanski S.T.D. Exprovincialis et Assistens Generalis, R.P. Magister Adalbertus Kocierzynski S.T.D. Prior Conventus Varsavien. Diffr Provinciæ, R.P. Magister Cajetanus Starzenski S.T.D. Prior Contus Cracov. Diffr Provinciæ, R.P. Thadeus Laskowski Sacræ Theol. Doctor Prior Contus Orchovi ante acti Capituli Præsidens R.P. Placidus Vinsz S.T.B. studij Brestensis Regens Diffr Provinciæ, R.P. Lector Valentinus Morawski Diffr ac Secretarius Provinciæ, R.P. Lector Onuphrius Biedunski Prior Contus Crasnostavi Diffr Provinciæ, ac R.P. Bacc. Constantinus Mierzwinski studij Cracovi. Regens Diffr Provincial Superstes, pro R.P. Mgro Henrico Faborowicz S.T.D. Contus Xiaznensis Priore Diffre Provl. infirmo — Qui sic diffinitorialiter congregati auctoritate. Eis a Sacris nostris Constitutionibus concessa unanimi Consensu ea quæ sequuntur statuerunt — 1mo Præsens venerabile Diffinitorium Reverendissimo Patre Mgro Generali enixas porrigit preces pro dispensatione pro hac sola vice super celebratione congregationis Intermediæ, hoc Anno Mense Julij imminentis, et hoc ob Paupertatem Provinciæ et longam distantiam Conventuum in quibus Patres Diffinitores cohabitant — 2do summam 1000 Florenorum Polon. post fata R.P. Nicodemi Piorwatowski Filij Contus Ciechanoviensis in Conventu Varsaviensi demortui relictam præsens Vrble Diffrium

Conventui

Conventui Varsaviensi in Satisfactionem expensarum pro eadem infirmitate per triennium factarum adiudicat, summam vero supra illud Mille restantem 200 Florenos Polonic. Contui Filiali Ciechanoviensi imposita utriq Conventui obligatione ut Contus Varsaviensis pro anima illius quatuor Officia Defunctorum cum totidem missis cantatis et Triginta Lectis, conventus vero Ciechanovie unum Officium Defunctorum cum missa cantata absolvant = 3tio Praesens Urble Diffinitorium decernit, ut ex censu a Summa Prod 10000 Flor Polond pro. veniente R.P. Mgro Provinciali praesentaneo restituant, 147 Florenos polonicales, quos pro Fre Venceslao Kosciothiewicz exsolvit = 4to similiter Praesens Urble Diffrim statuit ut ex eodem censu tribuantur Conventui Brestensi, in quo peractum est Capitulum privatum, Floreni Polonicales 320 in compensationem expensae quam sustinuit Postremo Praesentationem Candidatorum pro Praeside futuri Capituli Provincialis praesens venerabile Diffrim arbitrio R.P. Mgri Provincialis relinquit, ex quo Sancitum Capituli Provincialis Anno 1786 Ciechanoviae Mense octobris Celebrati optimum non sit consecutum effectum = Post hae facta sunt aliquorum Vicariorum Conventuum electiones, videlicet, post liberam resignationem R.P. Magistri Simonis Weynic Provincialis absoluti, electus est in Vicarium Priorem Conventus Vickunensis R.P. Lector Adavetus Ciehocki votis sex = In Viccarium Priorem Conventus Narodicensis electus est R.P. Lector Cantius Lutecki votis Plenis = In Vicarium Priorem Conventus Kodnianensis electus est votis novem R.P. Lector Agnellus Kicki = Tandem ex quo immineat Capitulum Generale hoc anno Bononiae in Conventu S. Jacobi Majoris celebrandum, et Provincia ob paupertatem suam non sit in statu ad illud vocales suos transmittendi, electi sunt vocales pro Provincia Poloniae votis plenis, videlicet in locum R.P.M. Provincialis R.P.M. Josephus Boch Prior Placentiae in locum Diffinris Generalis R.P. Bacc Carolus Thil Regens Recinetensis = in locum R.P. Bacc Discreti Generalis Joanna Copello Prior Genuae = ut autem virtus suo praemio non careat, Juvenesq Religiosi ad ulteriores labores alliciantur Supplicat Praesens Urble Diffinitorium Revendissimo Patri Mgro Grali quatenus R.P. Bacc. Botvidum Brajer ab octo annis disciplinas Theologicas tradentem, Regentem Studij Varsaviensis creare non dedignetur = Pro conferendis vero Gradibus Baccalavreatus R.P. Valentino Morawski Diffinitori ac Secretario Provinciae, ac R.P. Clementi Klunder Supranumerariae Praedicaturae Generalis R.P. Lectori Adeodato Olecki etiam humillimas

porriget

porrigit preces ad obtinendum vero Gradum Lectoratus sequentes Reverendissimo Patri, praesens verbale Diffm praesentat Patres Hipolitum Skompski, Gratianum Poplawski, Ignatium Gux Aegidium Dyminski, Iosaphat Aecewicz Damianum Rzadca Xaverium Rzepecki Alexandrum Lachowicz Alexium Kalwarski Gelasium Gorzkowski Felicem Tetmajer Sebaldum Kopaczewski — Ex Capitulo vero privato Cracowiae Celebrato Die 25 Mensis Martij praesentati fuerunt Rendissimo Patri Magro Generali pro obtenda Laurea Magli in Locum R.P.M. Benedicti Danilowski demortui Ciechanoviae R.P. Bacc. Constantinus Mierzwinski, Studij Cracov. Regens, pro Gradu Baccalaureatus R. Pater Lector Cantius Lutecki, Haec sunt Reverendissimi Pater Capituli nostri privati Brestensis Electiones et acta pro quorum approbatione et Confirmatione Rendissime Patri vestrae nostrae humillime porriguntur Preces Divinam interim Majestatem pro vestra incolumitate ac diuturna Felicitate deprecamur Datt in Contu Brestensi Die 25. Mensis January A 1792. Anno Magter Pachomius Czubowicz Augustinianus Provincialis, Magister Frater Simon Woynicz Diffr. Ex Provinciali, Magter Frater Thomas Kobylanski Aug. Assistens Glis Magter Fr Adalbertus Kocierzynski Aug. Diffr Prcal M. Cajetang Starzynski Augustinianus Diffr Prcal M. F. Thadeus Laskowski Augustinianus Praesidens Capituli anteacti. Fr Placidus Winsz August. Diffr Prcal F. Walentinus Morawski Augustinianus Diffr Prcal et Secretarius F. Onuphrius Biedunski Augustinianus Diffr Prcal F. Konstantinus Mierzwinski Augustinianus Diffinitor superstes — Sequitur Approbatio Frater Stephanus Augustinus Bellisini Viterbiensis Sacrae Th. Mgr totius Ordinis Fratrum Eremitarum S. P. N. Augustini Prior Generalis et Commissarius Apostolicus, — Omnissis retroscriptis Actis, Tenore Praesentium Nostrique Muneris Authoritate nec non de Consilio Adm R.R. P.P. nobis assistentium omnes electiones actiones ac determinationes in ipsis insertas et descriptas approbamus et confirmamus, illas firmas et ratas esse volumus Dispensamus super Celebratione Congregationis Intermediae circa Suffragia facienda à Conventibus Ciechanoviae et Varsaviae pro aa Patris Fris Nicodemi Gierwatowski supponimus eam ipse Perpetuus neq ad Plures annos sed pro una vice tantum. Datt in Contu Nostro S. Augustini de Urbe Die 13 Aprilis A 1792. — Frater Stephanus Augustinus Bellisini Glis — L.S. Nostri Muneris

assixo

affixo Sigillo Magister Frater Andreas Moralia Ordinis Secretarius — Registrata Lib. 6. — Adiungitur Epistola Pastoralis Reverendissimi Patris Magistri Generalis

Frater Stephanus Augustinus Bellisimi Viterbiensis S.T. Magister totius Ordinis Fratrum Eremitarum S.P.N. Augustini Prior Generalis

Universis Patribus ac Fratribus Ejusdem Ordinis Salutem in Dño

Sapientissimus ille ac Potentissimus Deus qui facit mirabilia solus, apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio, sed omnia ineffabili illa Providentia qua gubernamur fortiter suaviterq disponit, in Comitiis Generalibus Sabbatho ante Pentecosten Bononiæ celebratis confirmavit super nos misericordiam suam atq ad Universi Ordinis nostri Regimen pro sua benignitate, iterum evexit gratia vobis et Pax! Apostolicis verbis vos Patres alloquimur ac Fratres in Xto Dilectissimi: Gratia vobis et Pax a Deo Patre nostro et Dño Jesu Christo qui benedixit nos in omni benedictione Spiritali, et manifestavit dilectionem vestram in spiritu — Hæc enim vobis annutiamus, dum ad hæc mentem nostram convertimus, non a lacrimis temperare vix enim expleto Præfecturæ nostræ Curriculo in ea semper alta cogitatione defixi, quod sumus pro Animabus vestris rationem æterno cordium et rerum Scrutatori Deo reddituri, à quo judicium durissimum his, qui præsunt fiet. terribile hoc atq Angelicis ipsis humeris formidandum onus, annuente Pio VI Pontifice Maximo, omnium fere Conscriptorum Patrum votis, rursus Nobis impositum sustinemus, nec mediocriter pertimescimus Magis autem commovemur, quod Viæ Sion, hac nostra ætate miserrima mærentes lugent, plangit quasi virgo Plebs nostra, atq in tot, tantasq Procellas agitati omnes Fluctuando clamant: Domine salva nos perimus. Itaq Fratres Nostri Charissimi ac Desideratissimi gaudium nostrum et Corona nostra. State in Domino, et Canite tuba in Sion Plorantes inter vestibulum et Altare, ut parcat Deus populo suo, neq det hæreditatem suam in opprobrium — Ac primo quidem vos adjutores nostros in Christo Charissimos exhortamur ut qui vel Provinciarum vel Cænobiorum vel studiorum vel deniq Novitiorum directioni Præestis id solum qd justum quod sanctum est prosequamini, Charitas Fraternitatis et hospitalitatis maneat in vobis et contenti præsentibus avaritiam detestamini — Sermonibus vestris qui sint in gratia, sale conditi compite consolamini, patientes estote ambulantes per vias prudentiæ neq ut infelices Pharisei dicentes et n facientes v dilatantes Philacteria et nolentes digito onera movere importabilia in humeros Fratrum imposita, sed verbo et exemplo præsidentes Fribus vestris pedibus coram Deo prostrati, ut agit Summus noster Præsul Augustinus, magis docendo quam jubendo, magis monendo, quam minando, non potestate domi

nante

nante sed charitate serviente, plus amari appetendo quam timeri non servos sub lege sed liberos sub gratia constitus moderamini Vos etiam hortamur in Dño qui post studiorum labores vel in Cathedris vel in Concionibus doctrinæ ornamentis laureati ad Ordinis nostri decus, ac splendorem, ampliori Magistri nomine decoramini. Nolite vocari ab hominibus Magistri in vanitate sensus, sicut et gentes sed Christum edocti operamini sicut et Christum qui non venit ministrari sed ministrare semetipsum humiliando, factus obediens usq ad mortem, in hoc tantum gloriamini omnia arbitrantes ut stercora, ut Christum lucrifaciatis et quasi stellæ matutinæ illuminetis eos, qui in tenebris sedent Evangelium prædicando, non prurientes auribus, sed in sapientia Dej ne doctrinis variis, et peregrinis obducti, evanescatis in cogitationibus eorum quibus obscuratum est cor insipiens, et dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, sed docentes reddere omnibus debita atq ut subditi sint non solum propter iram sed etiam propter conscientiam. Attendite igitur vobis, attendite doctrinæ pascite scientia pascite doctrina non quidem turpis lucri gratia sed habentes alimenta et quibus tegamini his contenti sitis = ad vos o! sacerdotes et Ministri Altaris, cujusvis conditionis et gradus sermo noster fervention convertitur. Mementote quid Doctor Gentium pro Sacerdotibus intonat, quod nemo scilicet, sumat sibi honorem sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron, probate igitur vosmet ipsos agnoscite dignitatem, et videte ne offeratis super Altare Dej panem pollutum, nec contemnatis Corpus et sanguinem Christi, judicium vestrum manducando et bibendo, sed quoniam circumdati estis infirmitate ut idem prosequitur Apostolus non solum pro Populo, sed etiam pro vobismetipsis debetis sacrificium offerre pro Peccatis contremiscite igitur et magna animi fide et reverentia contemplamini sub Sacramentalibus Speciebus Regem Seculorum immortalem et invisibilem Deum hominem Jesum Christum in cujus nomine omne genuflectit cœlestium Terrestrium et infernorum = Vos quoq adolescentes qui sacro jurejurando estis Deo, atq ordini nostro dicati reddite Ipsi Deo, quæ solemniter vovendo, sponte promisistis, displicet enim Deo infidelis et stulta Promissio. Quod si adhuc in Novitiorum Domo, veluti ad Ordinis Nostri Ubera portamini probate Spiritus utrum ex Deo sint; Nam melius est non vovere quam post votum promissa non redere. Currite itaq Adolescentes optimi currite una simul, ut comprehendatis, non quidem Laureæ ornamenta, quæ miseram dant virtuti compensationem sed Deum qui requirentibus veritatem merces est, cujus participata sapientia in Ipsius timore sita est, cujus Thesaurus infinitus

est

est cujus deniq̃ premium non intrat in malevolam animam quæ fallaci inflatur Sapientiæ sed in animā bonam quæ Spiritu S. et Sapientia Dej Plena est, postremo in Dño Jesu Fratres omnes, qui Conversorum Oblatorumq̃ nomine nuncupantur
Perpendite Filij Charissimi destendam illam perversitatem de qua in Regula ipsa à Sapientissimo nostro Institutore edocimini ne in Monasterio ubi quantum possunt fiunt divites laboriosi, fiant Pauperes delicati, cum timore igitur ac tremore in simplicitate cordis vestri obedite Sacerdotibus ac Prepositis — Vestris ad quos foris accedere non audebatis, non quasi hominibus Placentes, vel ad oculum servientes sed sicut Christo cum omni mansuetudine, atq; humilitate cordis, et cum bona voluntate exhibentes vosmetipsos, sicut Christi servos, et ministros in multa pacientia, in necessitatibus, in laboribus in angustiis, tanquam nihil habentes et omnia possidentes, sobrij estote Charissimi, et implemini Spiritu Sancto per quem illa caritas difunditur in Cordibus nostris quæ communia propriis non propria communibus anteponit — Hæc sunt Patres et Fratres in Christo Dilectissimi quæ Divinarum Scripturarum Sanctorumq̃ Patrum suavissima Phrasi, ante oculos vestros exhibuimus Hæc sunt quæ cupimus animis vestris esse penitus insita, incredibili enim afficeremur dolore, si in Augustiniensi nostro Eremitarum Ordine vetustate, doctrina, sanguine, Religione Celebratissimo, tot Pontificum oraculis, tot Doctorum Sanctorumq; meritis illustrato mutatum colorem optimum amissumq; decorem conspiceremus. Heu! Heu! Filij nostri Charissimi dum hæc gravi cogitatione meditamur /: fatemur cum Hieronymo Doctore Maximo:/ ultra progredi non possumus sed prorumpunt lacrimæ, antequam verba. Eja igitur Filij audite vocem Amantissimi Patris vestri ad pristinum Regularis Observantiæ Statum Eremitanum nostrum Ordinem redigere vehementissime Cupientis, ob id vos orat obtestaturq; ut sequentibus hic adjunctis Decretis, restituta Sacrarum Constitutionum memoria Ordinis nostri felicitatem, ea, quæ decet morum integritate studiosissime curetis ne ipsum Patrem vestrum Cuj spes maxima affulget, vos non modo non aluisse sed periculose, atq; afflixisse videamini, quæ quidem omnia si vos ut debetis, et potestis præstiteritis, fructus fructus uberes æternosq; capietis, in gratia Domini nostri Jesu Christi Cuj gloria et nunc et in Diem æternitatis Amen Valete

Paternitatum Vestrarum Romæ 31. Julij Aº 1792. Amantissimus ex Corde
Fr. Stephanus Augliuš Bellisini Prior

Decreta Condita à Diffinitorio Capituli Generalis Ordinis Eremitarum Sancti Patris nostri Augustini Bononiæ Celebrati Anno 1792. Preside eminentissimo ac Revendissimo Domino Dño Card Andrea Gioanetti Archiepiscopo Bononiensi

1mum Cum ea sit natura humanæ conditio et
infirmitas ut Constitutionum et Decretorum vel maxime salu
brium, sensim frigescat vigor quin immo ex animis
hominum paulatim dabatur memoria, nisi provida Legislatorum
vigilantia subveniatur hinc est quod nos quantum in
Domino possumus Gliscenti huic malo consulere volentes Confirma
mus et approbamus Decreta Capituli Generalis maxime
Præsenti et Romæ celebrati Anno 1790 illisque robur atque efficatiam
adjicimus, atque innovamus — 2dum Innovamus pariter
quæ serio præcipit Prædecessor noster Reverendissimus Pater Adeodatus
Summantius Generalis et Commissarius Apostolicus Idibus octobris
Anno 1714 nimirum quod quilibet Religiosus nostri Ordi
nis non deesset in Sacris Ritibus a Ceremoniali specialiter
usui Ordinis nostri accomodato, et Romæ impresso eodem Anno 1714.
3tium ob id eidem Prædecessori nostro inhærentes, statuimus
atque jubemus, ut quilibet Provincialis in sua Provincia
et potiori jure Priores Conventuum in quibus vigent Studia
quorum curæ et sollicitudini major et præcipua pars Augustini
anæ juventutis concredita est, ut Sacrarum Ceremoniarum
constituant unum saltem Magistrum à quo juvenes clerici et
si opus sit sacerdotes ipsi doceantur non quidem secundum
quamcunque consuetudinem vel potius ab usum sed juxta præfa
tum Ceremoniale, ad trutinam Sacrorum Romanorum Rituum
exquisita methodo elucubratum — 4tum insuper neque Pro
vinciales neque Priores literas dimissoriales pro ordinandis
expediant, nisi prius Magister Ceremoniarum [illegible]
signatum testimonium præstet, etiam jurejurando firmatum
quod sint Sacris Sacris Ritibus juxta Ordinis nostri Ceremoniale suffici
ter instructi et super hoc Provincialium conscientiam oneramus
cum pœna privationis ab officio si secus fecerint aliisque
arbitrio nostro infligendis pœnis. eadem pœna puniri volumus
Magistrum Ceremoniarum qui de hac Decreti transgressione
certiores Nos non fecerit — 5tum Ut autem
honorificum hoc, præcipuumque munus exerceatur volumus
quod si commodè fieri possit, ad hoc eligatur à Capitulo
Conventus Magistri in Sacra Theologia vel studiorum Regentes vel
saltem Seniores ex Lectoribus, quibus amplius assignetur
vestiarium prout discretioni Capituli Conventus videbitur expedire
6tum Præter studiorum sub Magistro Ceremoniarum qualibet
saltem feria quinta, unius horæ à Priore assignandæ circiter spatio
duraturum præcipimus, ut qualibet hebdomada una dies assignetur
in qua

in qua per totam mensam publice Ordinis nostri Ceremo
niale: Si quis vero Prior in hoc negligens inventus fuerit,
Puniatur juxta Ordinis nostri Constitutiones par. 1. Cap 1 § 2do.
7mum In horum Decretorum observantia examinanda adeo
soliciti erimus, ut non modo in Sacra Visitatione Scrutabimur
quale sit in hoc Conventu de Sacris Ceremoniis studium, sed
etiam hic Romæ Lectores ad examen pro Collegio accedentes
primo probandos volumus de eorum intelligentia in sacris Ritibus
8vum Compertum quoq est pleros q ex nostratibus
solemni vix emissa Professione sacerdotio initiari, contra
præscriptum in Sacris nostris Constitutionibus par. 1. Cap. 7 § 5. Sta
tuimus igitur atq præcipimus, ut nemo quantumcunq doctus
et provectæ ætatis Ordinetur Sacerdos ante biennium Completum
post Professionem, nisi Pater Rdissmus ob gravem aliquam
Circumstantiam, super hoc specialiter dispensaverit, Provinciales vero et Priores
et Magistri Ceremoniarum contra hoc Decretum, Literas dimissoriales
et testimoniales, ordinandis quocunq Prætextu tradentes pœna
Suspensionis à Divinis puniantur — 9num Ab æterno Dei
Cultu ad externas Fratrum nostrorum quocunq prætextu vestes gradum
facientes præcipimus in virtute salutaris obedientiæ, ut nemo ex nostris
utatur pro Collario fascia linea, sed lanea juxta Ordinis nostri
Constitutiones par. 2. Cap 5 § 1. et sub eodem præcepto prohibemus
sericas vel laneas, fascias, quibus perditi quidam Fratres
Sacris rebictis Zonis, seu Corrigiis Cinguntur Zonæ vero, seu Corrigiæ
sint de corio nigro ut statuitur in Sac. Constt. ibidem § 2.
Nos autem secreto inquirimus de hujus Decreti præcisa
observantia, et non modo transgressores, si quos invenerimus
Pœna contra inobedientes in nris Sacris Constt. par 3 Cap. 5 § 2 taxata
puniemus sed Provinciales quoq et Priores negligentes
Officio Privabimus — 10mum Caeteros vero vittis sericis circum
datos stricte prohibemus juxta Sacras Ordinis Constitutiones
pr 2. Cap 5. § 9. quemadmodum et Fibulas pro Calceamentis ut
præcipitur in Sacris Constt. ibidem § 9. — 11mum Similiter
ad memoriam revocamus Constitutiones Apostolicas tum
Clementis VIII incipientis — Quoniam nemo debet assumere sibi honorem
— editæ die 5. Xbris 1604. Anno, tum Pauli V incipientis —
Admonemur Pastoralis Officij nostri debito — editæ Die 4 Julij
Anno 1661, in quibus ut monemur in nostris Sacris Constitutionibus
in notis ad Cap. 2. par 3. § 3. sub pœnis Excommunicationis
et perpetuæ inhabilitatis ad quæcunq Officia interdicitur Fratribus
nostri Ordinis ne pro obtinendis quibuscunq gratiis vel
dignitatibus intra Ordinem, ad favores quarumcunq Personarum,
etiam Imperatoria Regia et Cardinalitia Dignitate fulgentium
extra Ordinem recurrant superiores vero prædictorum
favore intuitu, talia concedentes ipso facto excommunicantur

12mum

12mum. Postremo præcipimus atq; mandamus, ut Priores semel in Anno tempore legendis Decretis pro Reformatione Regularium assignato, publica quoq; lectione memoriam renovent non modo pro Decretorum præsentium Observantia sed etiam præteritorum, quæ in Altero Generali Capitulo Romæ Celebrato Anno 1786 statuta fuerunt ad Ordis nostri incrementum et felicitatem, et S. P. N. Augustini Deiq; Optimi Maximi perpetuam gloriam ad quam nos Conducere pro sua miseratione dignetur Amen (L. S.) Registrata Lib. 7mo

Hæc dum vobis Patres et Fratres in Christo Dilectissimi nota facimus commendamus simul Vestris piis Orationibus, ac Consuetis in Ordine nostro Suffragiis Animas Defunctorum videlicet R. P. Cœlestini Meltzer S. T. L. qui Anno præsenti Die decimaoctava Mensis Augusti in Conventu Lublinensi mortuus est nec non Illustrissimorum ac Excellentissimorum Dominorum Benefactorum ac Confratrum Nostrorum Mathæi Swirski Succamerarij Terræ Helmensis Ordinis S. Stan. Episcopi et Martiris — Adami Brzostowski Ex Castellani Polocensis Ordinis Aquilæ albæ Equitum, Illumæ Barbaræ Jaklinska Castellanissæ Ducatus Osvecimensis Perillustris Reverendissimi Domini Domini Damiani Sadowski Abbatis Orbviensis Ordis S. Benedicti Perillustris Reverendi Dni Piechnecki. Magnifici Domini Josephi Zamoyski. Spectabilis Domini Danielis Dąbski Civis Varsaviensis. Bene interim in Domino valete, ac pro nobis Successuq; felici Serenissimæ Reipublicæ nostræ Deum omnipotentem exorate — Dedimus in Conventu nostro Sanctæ Catharinæ V et M. Casimiriæ ad Cracoviam die 15 Mensis Septembris A. 1792. Anno

Magister Frater Pachomius Czabowicz
Augustinianus Provincialis mpp

Nostri muneris affixo Sigillo
Fr Hilario Gązowski Aug: Prosecretarius

Cursoria sic ordinatur

Varsaviam in Copia Ciechanoviam
Vilnam
Brestam in Copia Orchoviam
Lublinum
Cragnostavia
Radzichoviam
Zaturcios

Mgr Fr Pachomius Czubowicz Augustinianus Sacrae Theologiae Doctor Provinciae Polonae Prior Provincialis.

Adm Rndo in Christo Patri Valentino Morawski Nostri ejusdem Ordinis Sacrae Theologiae Baccalaureo Provinciae Diffinitori ac Secretario salutem in Domino.

Cum teneamur saltem semel in Anno visitare Conventus, cui obligationi satisfacere prae infirmitate non valentes, proinde praesentium vigore literarum Nostrique Muneris Auctoritate Te Adm Rndum in Christo Patrem Valentinum Morawski Sacrae Theologiae Baccalaureum Provinciae Diffinitorem ac Secretarium in Commissarium Nostrum eligimus, Constituimus, ac deputavimus, prout de facto, eligimus, Constituimus et deputamus; ad Conventus Nostros Radziechoviensem, Zaturcensem, Kodnianensem et Nandicensem dantes Tibi omnem auctoritatem et potestatem ad recensitos Conventus personaliter Condescendendi formalem Visitationem instituendi, querelas Fratrum excipiendi Fratres Mutandi, et si opus fuerit Priores praefatorum Conventuum ab officio suspendendi Vicarios substituendi caeteraq; pro Religiosa Observantia constituendi In Nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti amen. Praecipimus vero vobis omnibus Patribus ac Fratribus praefatorum Conventuum in Meritum salutaris obedientiae, nec non sub poena rebellionis, quatenus praedicto Adm Rndo Patri Valentino Morawski Commissario a nobis sic electo ac deputato eandem, quam Nobis debetis obedientiam ac reverentiam exhibeatis. Dedimus in Conventu Nostro Brestensi Die 19. Mensis Novembris 1792 Anno

Mgr Fr Pachomius Czubowicz
Provincialis mppria

Visitatio 3tia Contûs Codnianae

Anno Domini Millesimo Septingentesimo Nonagesimo Secundo die vero Sabathi Decima Quinta Mensis Decembris Codnae

Fr Valentinus Morawski Augustinianus Sacrae Thliae Baccalaureus Provinciae Polonae Diffinitor, Secretarius, ac Commissarius Provincialis adhunc Conventum deputatus.

Ex mandato et dispositione Ex[i]mii Adm Rndi in Christo Patris Mgri Pachomii Czubowicz Sacrae Thliae Doctoris Provae Polonae Prioris Provincialis Vigilantissimi Conventum Nostrum Codnianensem accessimus intuitu peragendae tertiae Visitationis, quam invocato auxilio Supremi Numinis formalem die supra expressa inchoavimus, inchoatam juxta praescriptum in Sacris Nostris Constitutionibus ad finem perduximus. Nihil mali tam ex depositionibus RR. Patrum quam ex visis videndis adinvenimus, nihilque novi statuimus atque decrevimus, Laudavimus tantum curam solicitudinemque moderni huiusce Conventus Vicarii Prioris Adm Rndi Patris Hilarionis Gazdowski Sacrae Thliae Lectoris circa omnia tam ea, quae statum Spiritualem, quam ea, quae statum temporalem spectant, Cui etiam commendavimus quatenus ter in Hebdomada legat ad mensam Communem Casus Conscientiae sive Quaestiones morales, ac Resolutiones ad captum Singulorum proferat, videlicet Feria 2da 4ta et Sexta. In quorum fidem manum propriam apposuimus Dedimus in Conventu Nostro Codnianensi sub tempus Visitationis tertiae die Mense et Anno quibus supra.

Fr Valentinus Morawski Aug Provae Diffinitor Commissarius Provlis deputatus

Visitatio Quarta

Quartam Visitationem ex dispositione Eximii Adm Rndi Patris Mgri Pachomii Czubowicz Sacrae Thliae Doctoris Provinciae Polonae Prioris Provincialis Vigilantissimi peragentes, strictam tam de statu Spirituali, quam de statu temporali hujus Conventûs Nostri Codnianensis indagationem fecimus. cum nihil tam ex depositionibus Patrum, quam ex ipsomet Adm Rndo Patre Hilarione Gazdowski Sacrae Thliae Lectore hujus Conventûs Vicario Priore praeter mutuam eamque fraternam charitatem, pacem, concordiam atque tranquilitatem adinvenerimus, nihilque novum statuimus. recomendavimus tantum in futurum iisdem Adm Rndis Patribus eandem concordiam omnibus, et debitam reverentiam Suo Superiori locali ac obedientiam juxta praescriptum Sacrarum Nostrarum Constitutionum. In quorum fidem manum propriam apposuimus Datum in Conventu Nostro Codnianensi Sub tempus Quartae Visitationis die [illegible] Mensis Junii A 1793 Anno.

Fr Valentinus Morawski Aug Sacrae Thliae Baccalau: Prov Diffi: Commissarius Provlis Deputatus

Magister Frater Adalbertus Kocierzyński Augustinianus Sacrae Theologiae Doctor, Provinciae Poloniae

Rector.

Noveritis PP. ac FF. in Xto Dilectissimi quod Nos post liberam E. P. Mgri Pachomij Czubowicz Provincialatus resignationem, in Rectorem Provinciae Poloniae electi simus per literas Patentales Rndissimi P. Mgri Generalis tenoris sequentis: = Frater Stephanus Augustinus Bellisini Viterbiensis, Sacrae Theol. Magister, totius Ordinis Sancti Patris Augustini Prior Generalis & Commissarius Apostolicus. = Venerabilibus Nobisq in Christo Dilectis Patribus Diffinitorij, caeterisq Religiosis Provinciae Poloniae Nostri Ejusdem Ordinis Salutem in Domino. = Cum Rndus Pat. Mgr Fr. Pachomius Czubowicz qui in Extremo Capitulo Provinciali, in Provincialem istius Nostrae Provinciae Poloniae electus fuerat, mentis invaletudine laboret, ut non modo evidentissime demonstrat Ipsemet Pr. Mgr Fr. Adalbertus Kocierzyński Prior Varsaviensis, sed patet etiam luculentissime Ex Epistolis ab eodem Pre Mgro Fre Pachomio Czubowicz Provinciali ad Nos datis, in quibus ob extensas ab Ejus aegra mente causas Provincialatus Officio renuntiaverit. Cumq autem Nostrum sit de sedulo Moderatore providere, ne in ista Nostra Provincia amisso capite regularis disciplinae Observantia infirmetur & excidat. Ad Novi Moderatoris electionem mentis Nostrae aciem intendimus. Et quoniam de prudentia, Zelo, dexteritate, rerumq agendarum peritia Rndi Patris Mgri Fratris Adalberti Kocierzyński ita certi simus, ut opportunum ab eo regimen liceat sperare, & ejusdemet Provinciae Poloniae Praefecturam duximus committendam. Propterea hac Serie literarum, Nostriq muneris Auctoritate à Nostris Sacris Constitutionibus Parte 3. cap. 15. No 14. Nobis concessa, nec non de consilio Adm. RR. PP. Nobis Assistentium, Eundem Rndum Patrem

Mgrum

Mgrum Fratrem Adalbertum Kocierzyński Rectorem Provincialem istius Nostrae Provinciae Poloniae creamus, constituimus, & deputamus usq' ad futurum Capitulum Provinciale istius Nostrae Provinciae Poloniae proxime celebrandum, & ita creatum constitutum & deputatum usq' ad praedictum tempus esse volumus ac declaramus. Dantes ei omnem & quamcunq' in Spiritualibus & temporalibus Auctoritatem & potestatem, quam caeteri Rectores Provinciales habere & exercere consueverunt In Nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti. Datt in Conventu Nostro S. P. Augustini de Urbe d. 13. 9bris 1793. — Fr Stephanus Augustinus Bellisini Prior Gnlis & Commissarius Aplicus. — Nostri muneris affixo sigillo. — Mgr Fr. Dominicus Lippici Ordis Secretarius. — Registr. Lib. 8. — L. S. — Quae dum Vobis significamus, praecipimus in virtute Salutaris Obedientiae Eximijs Adm Rndis Patribus Prioribus, ut ad sonum campanulae ter pulsatae Fratres Capitulariter congregari, praesentes literas legi, libroq' Conventus inscribi faciant. Interim Divinam Majestatem pro felici successu Provinciae Nostrae supplices rogate. Datt in Conventu Nostro Varsaviensi 14. Decembris 1793. &c.

Mgr Fr Adalbertus Provinciae Rector idem qui supra mp

Nostri muneris affixo sigillo

Fr. Valentinus Morawski Augus Prov Diffinitor & Secretarius mp

Frater Hilarion Gzdzki Augustinianus, SS. Theol. Lector, Conventus istius Kodnianensis Prior Vicarius.

Cum Nobis Pater Frater Gregorius Witanowski agnoscens suam insufficientiam ad administrandum Officium Subprioratus istius Kodnianensis Conventus Capitulariter exposuerit, & idem Officium Subprioris certas ob rationes humiliter resignaverit; Nos petitioni Ejusdem benignè annuentes: Nomine Eximij ac Adm. Rndi Patris Magistri Adalberti Kowierzynski Augustiniani Rectoris Provinciae dictam resignationem acceptantes: Eundem ab Officio Subprioratus istius Conventus Kodnianensis absolvimus. In quorum fidem praesentes Sigillo Conventus munitas subscribimus. Datt in Conventu Nostro Kodnianensi tempore Capituli de Culpis. Die 10. Mensis January 1794ti Anni.

Fr. Hilarion Gzdzki Augustinianus idem qui supra manu propria

Processus Convocatorius pro Capitulo Provinciali Brestiae Celebrato.

Mgr Frater Adalbertus Kowierzynski Augustinianus, Sacrae Theologiae Doctor, Provinciae Poloniae Rector.

Cum jam publicè notum exploratumq; sit Vobis Eximijs Patres, ac Fratres in Xto Dilectissimi, idq; per Processum per totam Provinciam à Nobis promulgatum; Quia Nos post liberam resignationem Provincialatus Eximij ac Adm. Rndi Patris Mgri Pachomij Czubowicz facti sumus à Rndissimo Patre Mgro Generali Provinciae Rector. Quare hujus potestatis authoritate, tenore praesentium singulos Vos Patres ac Fratres in Xto Dilectissimi certiores facimus de imminenti Capitulo Provinciali, quod in Conventu Nostro Brestensi /: accedente super hoc dispensatione Rndissimi Patris Magistri Generalis :/ die 2. Mensis 8bris Anni currentis 1795. celebrandum indicimus, prout diffinitum fuit in Capitulo privato in Contu Nro Lublinensi die 26. Mensis February Anni 1795. celebrato. Itaq; ad Capitulum istud Provinciale Omnes Eximios Adm. Rndosq Patres in Sacra Thia Magistros, Omnes Conventuum Priores, Omnes hujus Provinciae Diffinitores, verbo omnes quibus competit jus ferre Suffragium in Capitulo Prov.ali invitamus, convocamus, & congregari facimus. Omnes verò Patres congregati ad Capitulum, veniant ad omnes Capitulares Expensas faciendas benè provisi, nam unusquisq; de proprio vivet, prout diffinitum fuit in Antecedenti Capitulo Brestensi Ao 1790. celebrato. Alijs verò Patribus ac Fratribus cujus cunq; sint Gradus, Conditionis, ac Status praecipimus in Virtute Spiritus Sancti & sub poenis in Sacris Nris Constit: Par. 3. Cap. 9. Nro 3. expressis ne ad

dictum

dictum Conventum Brestensem toto Capituli tempore accedere praesu=
mant, nisi expressam in scriptis accedendi à Nobis obtinuerint facul=
tatem. Non graventur igitur praedicti suis titulis ornatissimi Patres
ad Conventum Brestensem Feria 5. immediatè praecedenti praefatum Capitu=
lo Provincialis diem, & non antea indispensabiliter convenire. Compa=
reant autem in loco Capitulari in habitu honesto, & togati prout Reli=
giosas decet Personas. Statum suorum Conventuum in quo velin=
quentur ad amussim conscriptum, Registra Redituum & Expensarum
necnon Missarum tam Fundationis perpetuae, quam Manualium
persolutarum vel non persolutarum, Cathalogum suorum Religiosorum,
deinde Testimonia manu propria Patrum Conventus sui roborata,
super Communellis & mercedibus Famulis Conventualibus persolu=
tis. Insuper residuitatem Collectae pro Anno tam Nobis quam Rndissimo
necnon pro Studijs, pro Rubricellis, & pro famulis debitae secum portent.
idque sub poenis in Capitulo Provinciali a futuro Vblis Diffinitorio certè
extendendis. Item recommendamus Patribus Vicarijs quatenus in singu=
lis Conventibus Provinciae Nostrae eadem Capitulari die nempe 3. 8bris loco Missae
Primariae Missa de Spiritu S. cantetur sine Credo cum duabus Collectis, Una
Bmae Virginis Mariae, altera S. P. N. Augustini. Et deinde per 8. dies continuè
ubique in Missa Conventuali, & in Missis privatis addatur Collecta Omnipotens
Sempiterne Deus qui facis. Post Laudes verò & Vesperas flexis genibus di=
catur Psal. Ad te levavi cum Gloria Patri &c &c &c juxta Sacras Ordinis Constitutiones
Tandem ut omnibus Vobis innotescat determinatio Rndissimi Patris Magistri
Generalis super duodenario numero Magistrorum, & Baccalaureorum 20. eam
Vobis praesentibus promulgamus. ——— Fr Stephanus Augustinus Bellesini
Viterbiensis, Sacrae Theologiae Magister, totius Ordinis FF. Eremitarum S. P. Nostri
Augustini Prior Generalis & Commissarius Apostolicus. ═══ Attenta Sup=
plicatione Nobis facta à Patribus Diffinitorij Provinciae Nostrae Poloniae
harum serie literarum, Nostrique muneris authoritate, necnon de Consilio
Adm RR. PP. Nobis Assistentium facultate a Praedecessore Nostro jam con=
cessa Ao 1758. sub prima die Xbris pro numero denario Magistrorum in=
haerentes, Statuimus & Mandamus ut numerus Magistrorum duodenarius
& Baccalaureorum Vigesimus sit in supradicta Provincia pro futuris perpetuis
temporibus, ad hoc ne in posterum benè meriti Ordinis Nri Fratres tam facilè
ad Cinderem transeant Laborum, ac plures qui pro Religione insuda=
runt eximij Patres Magisterij vel Baccalaureatus honore indigniti, ac con=
decorari possint, & Juvenes certiore spe praemij allecti & impulsi majori
quam antea fervore Studijs operam navent, ac Provinciae deserviant. In
Nne Patris & Filij & Spiritus S. Amen. Praecipimus itaque Patri Provinciali, ut
omnibus Provinciae Conventibus hanc Nostram determinationem & Mandatum super
duodenario Magistrorum & Baccalaureorum Vigesimo numero manifestam fac=
iat. Datum in Conventu Nostro S. P. N. Augustini de Urbe 16. Februarij 1793.

Anno

Anno. —— Frater Stephanus Augustinus Bellisini Filius & Commissarius Apostolicus —— (L.S.) —— Nostri manualis appositi Sigillo —— Magister Frater Dominicus Lipiec Ordinis Secretarius —— Reg. Lib. 7mo. —— Hac cum determinatione & mandato superius expresso transmissa dicta litera Patentalis propter A.R.R. P.P. à Celsi Diffinitorio Reverendissimo Patri Magistro Generali ad varios gradus in Sacra Theologia praesentatos & ab Eodem Reverendissimo Patre Generali promovendos videlicet: propter A.R.R. P.P. Sacrae Theologiae Baccalaureos Raimundum Winss Provinciae Diffinitorem. Studii Bressensis Regentem & Laudentium Jagatowicz Laurea Magistrali insignitos. Propter A.R.R. P.P. Sacrae Theologiae Lectores & Praedicatores Generales Bernardum Janowski & Adeodatum Ozdzki; nec non propter eosdem Lectores Onuphrium Rychter. Patritium Zaluski. Bonifacium Orzas Marcellum Papkowski. & Onuphrium Budanski Provinciae Diffinitorem gradu Baccalaureatus condecoratos. Propter A.R.R. P.P. Sacrae Theologiae Lectores Macarium Grodzicki Severinum Ostrowski ad gradum Praedicatoris Generalis promovendos. Propter A.R.R. P.P. Maximianum Bobowski. Anselmum Urbanski. Nepomucenum Sokalski. Nicolaum Szeffler. Salvianum Cychanek gradu Lectoratus insignitos. Recommendamus itaque omnium Conventuum Eximiis & Admodum Reverendis Patribus Prioribus ut Easdem Processus omnibus Patribus ac Fratribus ad sonum Campanulae ter pulsatae Capitulariter congregatis publicetur, & Libro Conventus inseratur, post publicationem vero tres lusorias remittatur. Ne autem debitis Suffragiis Animae Patrum & Fratrum in hoc Quinquennio demortuorum priventur, eorum obitum hic recensemus. in A^o^ 1790. Fratris Laici Augustini Mielinski 6. Julii Conitz. A.R.P. Lectoris Augustini Bogus 31. Augusti ibidem. A.R.P. Baccalaurei Simpliciani Mazurski 14. 8bris Crasnostavii. R.P. Lectoris Nicodemi Gidwatowski 18. 8bris Varsaviae. in 1791. A^o^ V.P. Hugolini Mlatzak 23. Febr. Crasnostavii. V.P. Gelasii Rysser 10. Aprilis Varsaviae. Fratris Laici Liciniani Pilsten 15. Aprilis Latuciis. V.P. Guilhelmi Kaczorowski 23. Aprilis ibidem. Fratris Laici Hyacinthi Krzeczycki 28. Aprilis Koscielovii. R.P. Lectoris Stanislai Kluzycki 1. Augusti Glinsy. V.P. Navigii Kraszuli 27. 7bris Latuciis. R.P. Lectoris Novelli Gebler 8. 8bris Cracoviae. in 1792. A^o^ R.P. Lectoris Maximi Hoffman 7. Febr. Vieluni. E.A.R.P. M. Benedicti Danielewski 25. Febr. Ciechanoviae. A.R.P. Bacc. Augustini Manin 25. Aprilis Latuciis. V. Sororis Marianae Padowska 4. Maii Cracoviae. R.P. Lectoris Caelestini Meltzer 18. Augusti Lublini. R.P. Lectoris Coody Matke 13. 9bris Vieluni. Fratris Laici Cajetani Kapica 18. 9bris Cracoviae. in 1793. A^o^ V. Sororis Ludovicae Lezinska 14. Januarii Cracoviae. Fratris Laici Nikolai Gajewski 8. Maii ibidem. R.P. Lectoris Simonis Zarzycki 21. Julii Varsaviae. A.R.P. Bacc. Angeli Byczkowski 24. 7bris Crasnostavii. Fratris Laici Andreae Zajaczkowski 2. 9bris in Magna Lisz. in 1794. Anno. V.P. Anselmi Czerwinski 24. Martii Varsaviae. Eximii & Admodum Reverendi Patris Sacrae Theologiae Magistri Laurentii Georgii alias Dziedzic Procuratoris Ordinis 31. Martii Romae. A.R.P. Bacc. Joannis Edoni Bibuldowicz 20. Maii Ciechanoviae. R.P. Lectoris Aloysii Zborowski 10. Julii Vilnae. A.R. Lectoris Ambrosii Wojciechowski 6. 7bris ibidem. V.P. Chrisostomi Gortaszynski 7. 7bris ibidem. V.P. Antonii Grzeszczki 14. 8bris Vieluni. V.P. Sebastiani Izalewski 28. 8bris Vilnae. V.P. Venceslai Szczepanski 1. 9bris ibidem. Fratris Laici Gaspari Kosmowski 2. 9bris Vieluni. in 1795. A^o^ A.R.P. Baccalaurei Adeodati

Adeodati Głodzki 14. Martij Cracoviae - Et. A.R.P. Mgri Laurentij Gajatscevicz 30. Martij Varsaviae. A.R.P. Lect. Nepomuceni Sochacki 2. Aprilis Zaturcijs. V. Patris Hieronymi Ruthkowski 31. Maij Vilnae. Necnon Illustrissimorum Rndissimorum Magnificorum Dominorumque Antonij Pruss Kurowski Vice Decani Varsoviensis Praepositi Piaseczensis. Adami Brzostowski Castellani Polocensis Equitis Aquilae Albae. Barbarae Jablonska Castell. Oswiecimensis. Antonij Sitkowski Archidiaconi & Praepositi Kamieniecensis. Damiani Sadowski Abbatis Orłoviensis. Joannis Zamoyski. Catharinae de Potocki Mieczynska Capitaneae Smidinensis. Michaelis & Annae Jadomskich. Josephi Kossowski Capitanei Lidensis Antoninae de Potocki Rzewuska Palatinae Volhyniae Danielis Dabski Francisci Adamkiewicz. Annae Pietrowska. Adami Bukar Judicis Terrestris Zytomir. & aliorum aliarumque Confratrum & Benefactorum Ordinis Nostri. Bene interim valete & pro Nobis ac felici Statu Provinciae Nostrae DEUM Omnipotentem exorate. Dedimus praesentes in Conventu Nostro Residentiali Varsaviensi Die 15. Mensis Augusti 1795to Anno.

Mgr Fr. Adalbertus Prov. Rector

L. S.

Nri muneris offo Sigto
Fr Valentinus Morawski Aug. Prov. Diff. & Secr. mp

Acta Capituli Provincialis Brestae 1795. Ao Mense Octobri Celebrati.

Mgr Fr Adalbertus Koniszynski Augustinianus, Sacrae Theol. Doctor, Provinciae Poloniae Provincialis.

Obligis Nobisque in Xto Dilectis Patribus & Fratribus Prov. nrae Poloniae Ejusdem Ordinis ac Viti Salutem in Domino.

Cum in Conventu Brestano nuperrime in Capitulo Provinciali ibidem Die 2. Mensis 8bris Anni currentis 1795. sub Praesidentia Et. A.R.P. Mgri Simonis Wojnicz Capitularis celebrato, DEO ni disponente, Qui omnium rerum Supremus est Arbiter, Sapientiaque sua Consilio moderatur Cuncta siquidem jam neminem vestrum latere novimus. Nobis immeritis Almae istius Provinciae Regimen sit impositum, ad illudque sustinendum fortitudo in his rerum circumstantijs vires nostras impares minimeque idoneas sentiamus, nihilque restare nobis amplius judicimus ne sub tanto succumbamus onere, (pter pias Vestrum Preces Prs & Frs Dilectissimi) Vestrae itaque pietatis PP. & Fr. in Xto Dilectissimi

simi erit Dei opem indies unicam nostram fiduciam ponimus,
assiduis implorare precibus, ut qui Nos ad sublime extulit fastigium,
vires nobis adaugeat ad tantum onus facilius portandum. Deinde à
Vblí Diffinitorio in Octava Capituli post Electionem Nram videlicet E. A.R.P. Mgro
Simone Wojnicz dicti Capituli Praesidente E.P.M. Adalberto Nowinowski Locali Neo
Electo E.P.M. Thoma Kolyslawski Ex Proali ac Ex Assistente Grli Ex Sdm R.R.P.P.
Mgris Augustino Lestawski, Cherubino Szczerbinski, Constantino Mieszkowski
R.R.P.P. Baccalaureis Bernardo Janowski, Patritio Zolski, Antonino Stawko
Diffinitoribus Electis statuta sunt ac diffinita, & a Congregatione Zelus Ordo
Nostri approbata & confirmata, ut singulis votis innotescant sunt Ejus-
modi: Imo. Summam ab Illmo Dno Michaele Sawicki 2000 flor. Polonic.
sup. bonis Illmi Jagnoin Kollisen Kolryno Korsunci haerentem, Contui Ordis
Oblatam cum onere 24. Missas in Anno p. ãdly Suffragio carentibus absolvendi
Grons Vble Diffum acceptat. 2do. Quoniam audit in aliquibus Contibus,
qd Rndi Patres Priores ultra sui Jurisdictionem ad Annos 5. & 6. aut ultra
sine consensu suorum Conventuum Deputatorum Contractus Bonorum Contuum
cum detrimento Eorundem fecerint, ideo Grons Vble Diffum statuit, ne ullus
Superior Localis Contuum audeat in posterum similes Contractus stabilire,
qui sui Jurisdictionem Excederent. 3tio. Quoniam audit ut currente Anno
Processus à R.P. Mgro Rectore tarde missus fuerit, ratione cujus singuli PP.
Priores Contuum ad Capitulum congregare non poterant, ideo Grons Vble Diffum
decrevit, ut in posterum ad minimum 3bus Mensibus Processus ad singulos
Conventus p. Convocando Capitulo, sive Intermedia Congregatione celebranda trans-
mittatur. Postremo. Statuit Grons Vble Diffum ut omnes Diffinitiones Capituli
Gralis Romae Ao 1786. Celebrati, necnon omnium Capitulorum Proalium, stric-
tissime observentur. — Idem Vble Diffum Rmo Pri Grali supplices porrexerunt
preces, ut p. sua benignitate promovere dignaretur ad Lauream Magistralem
R. Prem Bac. Seraphinum Makocki in locum pie defuncti Rndi Pris Mgri
Laurentij Jagatowicz. Ad Gradum Baccalaureatus R.R.P.P. Lectores Adauctum
Cichocki, Zephyrinum Wasilewski, Columbanum Pinkowski & Severinum
Ostrowski. Ad Gradum verò Lectoratus Caspianum Chelstowski, Eliam Dobo-
browicz, Amandum Przeminski, Theophilum Marcinkowski, Lucam Karnie-
ski, Stanislaum Wrzlawski, Adalbertum Dabrowski & Marianum Jerowski. Tan-
dem Eidem supplicavit ut 3. Regentes Studiorum creare dignaretur videlicet
R.R.P.P. Bac. Bonorium Orgass p. Studio Varsav. Marcellum Paszkowski p.
Studio Cracov. & Antoninum Stawko p. Studio Vilnensi. In Diffinitorem
Gralem Electus est E.P.M. Simon Wojnicz Capituli Praesidens. In Discretum
Gralem E.P.M. Claudius Usinski, In Secretarium Proae ac Socium P.M. Proalis
reelectus A.R.P. Bac. Valentinus Morawski. — Spectatis autem meritis
R. Pris Bac. Benedi Brauer antecacti Studij Varsaviensis Regentis, cum Eidem ad
obtinendam Lauream Magistralem p. ter completum numerum viene non
pateat aditus, Eapropter Grons Vble Diffum ut in posterum Eidem Commendat

Magistralis

Moralis Resolvatur decrevit. — Cum autem Adm. Rndus Pater Baccalaureus
Aloysius Kupinski querimoniam fecerit in Ven. Diff°, quod per diffinitionem
cujusdam Capituli privati; non solum Offo Prioratus Cuchanoviensis, sed etiam
voce utraque ad triennium privatus fuerit; itaque eorum Ven. Diffinitorium ejus
dem innocentiam agnoscens, eundem voci utrique restituit. — Has omnes
Diffinitiones suprascriptas ac statuta Ven. Diffinitorij Congregatio Totius
Ord: Eremitarum S. P. N. Augustini Confirmavit & approbavit, simulque singulis
Enumeratis Patribus Gradus promotionis contulit. Ejusmodi Approbationis & Confirmationis
tenor est talis. — Congregatio Glis Totius Ordis Fratrum Eremitarum S. P.
N. Augustini Inspectis retroscriptis actis tenore praesentium Nrique Manus
authentice omnes Electiones Actiones ac determinationes in actis ipsis insertas
& descriptas approbamus, & Confirmamus, illasque firmas & ratas esse & ha
beri volumus. In Nne Patris & Filij & Spiritus S. Amen. Datum in Conventu
Nostro S. P. N. Augustini de Urbe Die 14. 9bris 1795. — Fr. Domi
nicus Lippi Procurator Glis. Fr. Petrus Ludovicus Albarini Assistens
Italiae. Fr. Georgius Rey Hispan Assistens. Fr. Richardus Becker
Assistens Germaniae. L. S. Nri muneris assueto Sigillo Magr Fr Nic
laus Salerno Ordis Secretarius = Reg. Lib 16 — Quia vero simul cum
approbatione actorum recepimus literas a praedicta Congregatione totius Ordis Eremitarum
S. P. N. Augustini ad nos directas ut eas singulis Conventuum Prioribus
notificaremus, earumque hujus literarum seriem hic adjungimus = Congre
gatio Glis totius Ordo Fratrum Eremitarum S. P. N. Augustini — Ven. Admodum Rndis
Nobisque in Xto dilectis Patribus Provincialibus, Vicarijs Glibus, ac Prioribus Con=
ventuum tam Gralium quam Provincialium Nri ejusdem Ordis Salutem in Domino
sempiternam. — Cum Rndissimus Pat Generalis Fr Stephanus Augustinus
Bellisini in talem capitis inciderit infirmitatem, ut ad pertractanda, Nri
Ordis negotia sit prorsus inhabilis, ne ista suspensa remanerent, Gralitia
Congregatio Ejus consulto Examine, statum ipsius Sanctissimo Domino Nostro
Pio VI. Pontifici Maximo feliciter regnanti manifestum reddidit, simulque Sanc=
titatem suam suppliciter exoravit, ut authoritatem quam Rndissimus Pat Glis Totius
Ordis juxta S. Nras Consttes & statuta pollet, praedictae Congregationi conferre di=
gnaretur. Sanctissimus itaque Pater precibus Ipsi humillime porrectis mature per
pensis, benigne eis acquiescere dignatus est, Rescriptum emanans tenoris se
quentis videlicet Ug. 16. Octobris 1795. — Attenta adversa valetudine Prs
Gralis, quae eum inhabilem reddit ad exercenda quaevis munia ad ipsius Mini
sterium pertinentia; hinc ne Ordis negotia diutius maneant in suspenso,
Oratoris precibus inhaerentes, committimus, & delegamus Congregationi Gene
ralitiae omnem & quamcunque facultatem antedicto Patri Grali competentem, donec
Ipse in eodem inhabilitatis statu perduraverit, mandando, ut quaelibet Expedi
tionis actus subscribatur a Patre Procuratore Grali, & insimul a quolibet As

sistente

sistente seu respective Nationi, negotia autem in Congregationibus proponenda referantur à quolibet Assistente Nationali, & si interfuerit Sententiarum Discrepantia habeat pro dirempta juxta Suffragiorum pluralitatem, & in Casu Votorum paritatis Capta habeat Resolutio pro ea parte, in qua accesserit Suffragium Assistentis Nationalis. Quibuscunque in Contrarium non obstantibus. Pius Papa Sextus.
Rescripti exactam ac fidelem vobis mittimus Copiam ut unicuique nota sit haec Suae Sanctitatis Dispositio, & sciat quilibet quomodo se dirigere debeat, dum aliquid negotii habeat Nobis aperiendi. Hujus Nostrae Epistolae Exemplar ad Omnes Priores Conventuum Vestrae Jurisdictioni subjectorum qm primum transmittere Vestrum erit. Bene autem in Domino valete. Datum Romae in Conventu Nostro S. P. Augustini Die 14. 9bris 1795 — Paternitatum Vestrarum — Amantissimi ex Corde Fr Dominicus Lippii Procurator Generalis. Fr Petrus Ludovicus Albazini Assistens Italiae. Fr Georgius Rey Hispan Assistens. Fr Richardus Becker Assistens Germaniae. L. S. Nostri muneris affixo sigillo Mgr Fr Nicolaus Salerno Ordis Secretarius. — Reg. Lib. 10 —
Haec dum vobis Patres & Fratres in Xto Dilectissimi pro munere Officii Nostri notificamus, commendamus piis Vestris Orationibus Animam Venerabilis Prs Policarpi Żyliński in Conventu Vilnensi pie defuncti de cujus obitu sub tempus Capituli primum nuntium accepimus, nec non Rndissimi Prim Generalem infirmum, volumusque ut in singulis Conventibus à PP. Prioribus assignetur Collecta pro Infirmo Eodem. Bene interim in Domino valete, ac pro nobis Provae nostrae Deum Omnipotentem exorate. — Dedimus in Conventu Nostro Residentiali Varsaviensi Die 15. Mensis Decembris 1795. Anno. In quorum fidem manum propriam apposuimus & Sigillo Provae communiri jussimus
Mgr Fr Adalbertus Prlis idem qui supra pp L. S. Nri muneris affixo sigillo — Fr Valentinus Morawski Aug Stae Thlae Baccalaureus Provae Secretarius. pp

Visitatio Prima Conventus Kodnianensis

Nos Fr Valentinus Morawski Augustinianus Sacrae Thliae Baccalaureus Commissarius Provincialis adhuncce Conventum deputatus.

Ex dispositione Admi Adm Rndi Patris Mgri Provincialis Vigilantissimi Adalberti Kocierzyński Sacrae Thliae Doctoris, descendentes ad hunc Inclytum Nostrum Conventum Kodnianensem pro peragenda visitatione prima; cum Eum ad omnia quaeque adinvenerimus bene dispositum curâ et Sollicitudine Adm Rndi Patris Sacrae Thliae Lectoris

ris istiusce Conventus Prioris Vigilantissimi a=
quibus vis novis Ordinationibus abstinere ju
re duximus. Recomendavimus Tantum Patri
bus in hoc Conventu degentibus mutuam chari
tatem concordiam atque tranquilitatem necnon
Superiori Suo locali reverentiam ac debitam
obedientiam. Bene interim valete ac Pro Re
gno toto nec non pro felici Successu Provinciæ
Nostræ Deum Omnipotentem exorate. Dedi
mus praesentes in Conventu Nostro Codnianensi
die 2da Mensis Februarii A° 1960 Anno.

Fr Valentinus Morawski Aug. idem qui Supra

Anno Millesimo Septingentesimo Nonage
simo Sexto Die 25 Junij A.D.
Visitantes hunc Conventum ex Munere Nobis
Commisso ab Illustri Excellentissimo Reverendo
Gaspare Cieciszowski Episcopo Nominato
Pincensi. Recomendamus Adm. Rndo Patri
Priori ut Subjectos Sibi Religiosos Paterne
regat, Amore prosequatur ut non Sint Sicut
Servi sub lege Sed Sicut liberi Sub Gratia
Verba Sunt SPN Augustini. Nullam eis
dando Offensionem; Religiosam tamen Dis
ciplinam juxta Sacras Nostras Constituti
nes quam Strictissime Studeant obser
vare. Inquietos quietet Impacificos
ad pacem ~~inclinet~~ in Obedientes ad Obedi
entiam incorribiles ad Correctionem inclin
Corripiendo Monendo Obsecrando ad Meli
orem frugem reducat Recalcitrantes et
Obstinaces in Paterna Charitate puniat
et id Omne Curet adimplere quod mune

ris Sui est. Jam vero Vos qui subestis Omnem Reverentiam Obedientiam et intimum Amorem erga Superiorem Vestrum habeatis, ne quod Deus avertat depari cum Superiore Vestro certare audeatis sub poena in Sacris Constitutionibus. Recommendamus ut et quaeq Mandata Dispositiones ab Illmo Excellmo Reverendmo Dno Loci Ordinario ad hunce Conventum venerint quam Strictissime tam Religiosi et Maxime A.R.P. Prior adimpleant et exequantur. Moneo etiam Vos et Maxime A.R.P. Priorem ne in rebus quae a Nobis pacificari possint inquietent Illustrissimum Excellentissimum Loci Ordinarium vel Consistorium Ejus imo quae fuerint intra Claustrum alias et extra Corrigenda adimplenda immutanda de his me prius certiorem reddant ut ego ex munere meo ad haec omnia sive in Persona sive per Literas Vobis respondeam. Ad extremum pacem et Veritatem diligite. Interim Consulendo paci et tranquillitati hujus Conventus Cum pax tam exterioris quam interioris Regiminis sit Anima et sine pace nihil boni fiat et Concludatur et Cum tam interna quam externa pax (uti ex auditis audiendis experti sumus) inquietetur per A.R.P. Priorem Hilarionem Szczowski tam inter Religiosos

Sibi Subjectos quam inter Seculares
Magnæ Authoritatis Viros Cum ab
Officio Prioratus deponendum duxi
mus uti et deponimus In cujus locum
Authoritate Nobis ab Illustrissimo
Excellentissimo Reverendissimo Loci
Ordinario Commissa, Sub tempus
hujusce Visitationis Nostræ Admodum
Rndum Patrem S.T.L. Augustinum
Gzuorowski eligimus et Constitui
mus in Priorem prefati Conventus
Kodnianensis Eidem omnem Authori
tatem et potestatem in Spiritualibus
et temporalibus quam Cæteri Priores
juxta Sacras Nostras Constitutiones
habere consueverunt Conferimus.
Præcipientes Vobis Omnibus Religiosis hujus Conventus in Meritum
Salutaris Obedientiæ Necnon Sub pœ
na Rebellionis quatenus prædicto Admodum
Rndo Patri Priori Sic a Nobis electo
et Constituto debitam Obedientiam
et reverentiam uti legitimo Vestro
Superiori præstetis In quorum fidem
Præsentes manu propria Subscribi
mus Sigillumque Conventus hujus appo
nimus Datt in Conventu Nostro Kodnianensi
Sub tempus Visitationis Nostræ 1796 Anno
Dni 25 July N.S. Fr Joannes Cantius Lu
tecki August. Visitator
et Superior Gnalis

746.

z Woli Jaśnie Wielmożnego Pasterza Naszego daię tę Rezolucyą JmX
Xiędzu Augustynowi Gąsiorowskiemu Przeorowi i Plebanowi Kodeń
skiemu ażeby po ukończoney sprawie z JW. Kollatorami gdy inaczey nie
będzie można, nieuzbraniał się zalewitowania z odebranego Procentu
po put Czwarta od sta, bo Prawa Konstytucyi uchylić niemożna, a nara
żaić się na dalszy proceß nienależy. Datt w Kodni Dnia 14 Octbr 1796.

X. Wincenty Janowski Kanc: Katedr:
Dziekan Żytomirski

[signature]

Annô Domini Millesimô Septingentesimô Nonagesimô Sexto, Die Vigesima, Mensis Maii rs. In Conventu Kodnianensi, Ordinis Divi Augustini in Visitatione Generali Decretum Reformationis

Per Illustris Admodum Reverendus Dominus Ignatius Woynarowski Sacræ Theologiæ Doctor, Præpositus Leszczynensis, Visitator Generalis Ecclesiarum quinque Diœceseos Pinscensis in primô et secundo Circulo Zytomiriensi, Gubernii Volhynensis sitarum, animô recolens auream Illam Divi Augustini Ecclesiæ Doctoris, ac hujus Cænobii Visitationi suæ commissi Magni Patriarchæ regulam, ante omnia diligatur Deus, et deinde proximus in hac sacra Communitate praeunte Dignissimo Ejusdem Præside diligenter observari; Primum quidem persacra spiritualis Vitæ exercitia, per regularem observantiam, ac nitidum decoris Domus Dei curam; alterum per Conciones, Doctrinasquè Apostolicas, Spiritu Sanctissimi Patris animatas; ac demum per exemplarem modestiam præcæteris humanis mediis ad procurandam Animarum salutem efficaciorem. Unum adhuc ad plenitudinem Charitatis desiderari animadvertens, Authoritate ab Illustrissimo Loci Ordinario sub Die 25 Aprilis rs. anni currentis sibi communicata, decernit necessarium esse scholæ Parochialis /: in qua juvenes, præsertim orfani, et pauperes in Doctrina Christiana, Pietate, ac honestate morum, nec non in legendo, scribendo, characteres tum Latinos, tum Rossiacos, ac calculando exerceantur :/ circa Ecclesiam Parochialem Kodniansem apertionem. Istudquè tum spiritualis, tum Corporalis Eleemosinæ officium, a quo tum educandorum emolumentum, tum Educationi Præsidentium coram Deo et hominibus Laus pendet, ac commendatio, non differri, sed quantotius ad mentem Illustrissimi Loci Ordinarii

exerceri

exerceri praecipit. In quorum fidem praesens Decretum manu propria subscribit, ac sigillum suum apponit.



Idem qui supra mpp

Alexander Tatarowski.
Visitt[oni]s G[enera]lis Secretarius
mpp



Decretum

Reformationis







77

Visitatio Secunda hujus Conventus Kodniensis

Fr. Joannes Cantius Latecki Augustinianus S. T. Baccalaureus Visitator

Anno 1797 Die Nona Septembris Condescendentes ad hunc Conventum Kodniensem et eundem Visitantes ex Munere Nobis ab Illmo Excellmo Reverendissimo Dno Loci Ordinario Commisso Advenimus Omnia tam quae ad spiritualia quam temporalia recte et ordinate peragi sub diligenti Regimine A. R. P. Augustini Szurowski S. T. Lectoris. Uti experti sumus ex Depositionibus Patrum. Ea propter a Novis Ordinationibus abstinere nihil innovandum fore duximus. Praeter quam quod Recommendando strictissime A. R. P. Priori et Mandatum Illmi Excellmi Reverendissimi Domini Loci Ordinarii circa erudiendam Juventutem penes hunc Conventum manentem in Lingua Latina et Rossiaca maxime diligentius servet et habeat. Ejus Conscientiae bis in Hebdomada ad Mensam legere. Licet. In resarciendis seu Corrigendis quibusvis Aedificiis Claustri et Ecclesiae diligenter se habeat. Datum in Conventu Nostro Kodniensi Die 9 Septembris 1797 Anno

Fr. Joannes Cantius Latecki Augustinianus Visitator

Decretum Reformationis

Illustrissimus Reverendissimus Dominus Ignatius Woynarowski Canonicus Cathed. Zytomiriensis Præpositus Curatus Leszczynensis cum in hac Religiosa Domo aucta Personarum numero post diminutum ejusdem proventum totalem ruinam rei Domesticæ inventurum se arbitraretur, spes tamen reposita in Divina providentia (quæ juxta Apostolum non confundit) et solertia Admodum Rndi Patris Augustini Gasiorowski Prioris Dignissimi hujus loci (in providenda mature annona omnis generis omnem expectationem suam superavit, qua œconomica provisione pro merito collaudata. Ad nonulla statuenda juxta primam Magni Patriarchæ ac Doctoris Ecclesiæ S. Augustini regulam descendit.

Ante omnia Fratres Charissimi diligatur DEUS, deinde proximus inquit laudatus Legislator vester

Actum ageret prædictus Visitator si Viris religiosis exponendum judicaret in quo consistat Dei dilectio sufficiat innuere quod probatio dilectionis sit exhibitio operis. Hinc

Templum et Sacristia. In Templo ante divinissimam Eucharistiæ Sacramentum perpetuo lampas accensa teneatur. In Sacristia Calices ad debendos ritus deaurentur, Apparatus attriti reparentur, integri cum reparatis in propriis armarii listis secundum varietatem colorum distinctis, ut rubri cum albis aut violaceis v viridibus non confundantur, separatim atque cum animo (ne vel ipsa mala positione atterantur) reponantur. Idem intelligendum de albis humeralibus, superpelliceis, cæterisque linteaminibus quæ et munda conservari et suis in cistis reponi debent. Et quia Organarius epotandis Calicibus assuetus, in his negligens deprehenditur, proinde custodia Templi et Sacristiæ (quæ certo certius sunt fomenta ebrietatis suæ) adimatur eidem, ac Petro Korbut puero honesto, agili ac prudenti indilate tradatur.

Meditatio, quæ matutino tempore ante Horas Canonicas, laudabili consuetudine in Sacrum Ordinem

intro

introducta in hac Communitate (prout notavi) non observatur.
Legitur aliquid de libro meditationum et nihil amplius qui
sic meditationem absolvit, similis est ut ait Scriptura: Homi=
ni consideranti vultum suum in speculo, qui postquam
recessit oblitus est qualis fuit. Meditatio ut cum fructu
spirituali fiat, debent ad illam applicari tres potentiæ
animæ; Memoria in commemoratione cujuspiam
æternæ veritatis. Intellectus in recolendis motivis ejus=
dem ac mediis inveniendis ad conformandam vitam su=
am secundum eandem veritatem. Voluntas in statuen=
dis propositis et excitandis congruis affectibus, concludi=
turque fervesti ad Deum oratione, ut proposita confir=
met gratiamque ea implendi tribuat. Proinde lectio ejus=
modi punctorum meditationis pridie ante horam Silentii
præmittatur, in lecto ante somnum memoriæ mandetur
ac deinde mane conducto tempore in templo vel aliquo
loco communi sola exercitio dictarum potentiarum ani=
mæ peragatur. Sat breve tempus eidem peragendæ per
Visitatores Generales Ordinis huic Orationi mentali
(videlicet unus quadrans horæ) tribuitur igitur attentius
ac ferventius illam absolvi expediret.

<u>Chorus ac Ordo Missarum.</u> Circa Chorum Ordinemq
Missarum nihil innuendum venit, cum laudabiliter spe=
ctata (vel maxime) commoditate populi confluentis diebus
festis, hæc omnia sicut et in diebus profestis persolvuntur.
Ut tamen meliori Ordine tum hæc tum domestica tempo=
ra dirigantur, Commendatur Admdm Rndo Patri Priori,
ut quantocius Horologium Nerodicus allatum reparari
faciat. Missa tamen diebus Sabbati ob diminutionem census
Capituli non omittatur ante aliam dispositionem Illmi L. Ordi.

<u>Confessio.</u> Confessiones (vel maxime mulierum) nonnisi
in sede Confessionali atque interposita crate justa dis=
positionem Illmi Excellmi ac Rndssmi Domini Pasto=
ris Nostri vigilantissimi audiri debent. Unde cum in
Kodmanensi Templo una tantum sedes Confessionalis
adsit, procurentur adhuc per Admdm Rndm Patrem
Priorem ad minimum duæ, ut devotiorum numerosior
Pœnitentium fiat satis, nullatenus autem permittan=
tur Confessiones in Sacristia sed solum in loco patenti
ubi sinceritas manifesta pœnitentis interveniat.

Alterum caput aurea illius Regulæ, diligatur proximus. Quæ dilectio cum ex mandato Supremi Legislatoris Nostri Christi ad omnes proximos homines extendi debet tum vel maxime ac præ primis ad Domesticos Fratres ejusdem Ordinis. Haud dubitet Visitator hanc characteristicam Discipulorum Xti legem tum a Religiosis Patribus hujus Communitatis tum præcipue a dignissimo Loci Præside observari (qui sine dubio juxta fatum Psalmistæ, irascimini et nolite peccare, delictum persequi, amare vero delinquentem et si opus fuerit ad correctionem correptionemq descendere, illam ita charitate paterna temperare ut non confundatur, quamvis humiliatus qui corripitur et in vulgus non exeat, quod inter Fratres solum retineri debet.) legit quippe Constitutiones sui Ordinis, „6tæ Partis Cap. 2dum ubi dicitur Prælati Ords Nostri diligenter procurent, ut ij quos puniunt, pœnis meliores, ac cautiores reddantur, quod fiet cum eos tanquam filios corripuerint ostendentes eis amorem etiam in verbis, et quærentes ab eis rationem facti, quasi eam desiderantes, ut occasionem non puniendi inveniant, qua-propter eos sæpe moneant, horienturque ad patientiam et merentes consolentur, corripiant denique eos tanquam spirituales in spiritu lenitatis considerantes seipsos ne et ipsi tententur. Hæc utpote sola ad regimen internum pertinentia relinquens ad exteriora procedit.

Refectorium tanquam locus silentii Devotionis ac refectionis (non tantum corporis verum etiam animæ) honoretur. Præmittatur de more in illo mensæ benedictio, claudat gratiarum actio, et inter vescendum legatur primo aliquid de Scriptura, tum ex Vitis Patrum vel maxime sui Ords, tum de Homiliis vel Concionibus pro opportunitate temporis, non omittat Sextis feriis lectio Regulæ ac statis temporibus Constitutionum Apostolicarum. „Ne solæ „vobis (inquit Divinissimus Legislator.) fauces su„mat cibum, sed et aures esuriant Verbum Dei, liba
via

ria sint honesta, non mendicabulorum vilium statui, sed Religiosorum Fratrum paupertati, simulque necessitati naturæ accomodata. Sat provisionum / sub solerti oeconomia dignissimi Præsidis, offert ~~ni~~ in hunc finem, Prædium in Volatilibus domesticis, horreum in leguminibus, cellarium in condimentis necessariis, quæ omnia cum tempore corrumpuntur, expensa vero ex motivo charitatis, tum in memoria Fratrum diu vigent, tum in incorruptilibus thesauris illius reponantur, qui dicit, quod uni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Ad hunc finem serviet, ut Braxatorium domesticum bene instruatur ex eoque Cervisia propria bene cocta ad extinguendam sitim Fratrum semper habeatur, Piscina domestica piscibus repleatur et a furtis externis muniatur, hortus amplissimus Prædii sentibus ac tribulis horridus, nec non hortus Conventui adjacens ad utilitatem communem Fratris excolatur, si multa sibi in his videantur injuncta meminerit Dignissimus Prior illius Regulæ Divi Augustini Cap: 6to § 3tio. Ipse vero qui vobis præest, non se existimet potestate Dominante, sed charitate servientem felicem —

Infirmaria quæ ad commoditatem infirmorum Fratrum priorem ante Refectorium in charitate Superioris deberet habere locum, cum in hoc Conventu non reperiatur saltim in expanso superioris corde inveniant Fratres in cellis suis infirmitate pressi invenriant, quo resocillentur, et in statum pristinæ sanitatis / si Deo placuerit / restituantur. Hoc commendat „Cap 5to Regulæ S. Augustinus, hoc statuta Ordis „Augustiniani Sexta parte Cap. 9no de pœnis Proprietarij No 12 in hæc verba. Ut autem omnis proprietatis „amputetur occasio præcipimus omnibus et singulis nostræ Religionis Prioribus, ut cunctis Fratribus suæ familiæ in infirmitate omnia necessaria omni cum charitate et hilaritate subministrent. Hinc conducatur ad infirmum Medicus expendatur in Medicinam de communi Massa, alimenta, quæ Medicus judicaverit subministrentur, non relinquantur infirmus sine obsequiis, et sine solatio. Fratrum, ac ipsiusmet Superioris, frequentes

illum

illum visitantes, et si quid illi necessarium desit inqui
rentis simulque de his quam primum providentis —

Vestiaria Hanc vult esse communem S. Patriar
cha Augustinus Cap. 8vo Suæ Regulæ, addens ut
sicut pascimini ex uno cellario, sic induamini ex uno
vestiario, Huic Statuto consentiunt Constitutiones
Ordis Secunda Parte. Cap. 6to in hæc verba, Omni
„bus Fratribus sui Conventus Prior Charitative de
„vestibus et calceamentis, unius atque ejusdem pre
„cii justa Conventus possibilitatem provideat, nec
„alicui dentur pecuniæ aut panni ad vestes fa
„tel, Quid quod Clemens VIII in Decreto reforma=
tionis statuit, Sacra vero Congregatio Concilij Au=
thoritate Urbani VIII innovavit Statutum ejusmodi
in hæc verba „ Fratrum vestitus et supellex tota
„ex communi pecunia comparetur et omnino unifor=
„mis sit Fratrum ac quorumcunque Superiorum
„Statuique Paupertatis quam Professi sunt conveniat,
„ita ut nihil superflui admittatur, nihil etiam quod
„sit necessarium alicui denegetur. Unde nonnun
ventur Patres hujus Communitatis Venerandi, quod
moderneus Visitator cum potestate Illmi Excellmi
ac Rndssmi Luceoriensis ac Zytomiriensis Eppi
supremi Ordinum Religiosorum sua in Diœcesi
Authoritate Apostolica constituti Moderatoris
delegatus, contra inveteratam Provinciæ consue
tudinem (quæ abusus potius dicenda est.) Pensio
nes pro habitibus majores ac minores dari soli=
tas casset, ac revocet. Vestiariam vero commu=
nem inhærendo instructioni sibi a præfato Illmo
Præsule introducat, ita, ut quid quid nomine vesti=
menti venit, illis præstetur ex communi tam pro æsta=
te, quam pro hieme, sic enim curis omnibus ab=
soluti, ac providæ Superiorum charitati commissi
liberius saluti suæ ac proximorum nec non officiis
sibi impositis vacabunt. Superior vero Dignissi
mus tanquam charitate serviens suis Fratribus
hoc onus comparandi ijsdem omnia necessaria
in se suscipiat, provideatque ut ex Vestiaria Con=
ventus Vestes, Pelles, Indusia, Strophia, cæteraque
utensilia illis statis temporibus dentur. Vetera

vero

vero ad eandem Vestiariam recipiantur usibus aliis
sed communitatis deservitura, lacerata reparentur, im
munda laventur, sumptibus Conventus, et nova sepa=
ratim, separatim vetera in Registris Vestiariae anno=
tentur.

Cellae pro numero personarum sint separatae quod
et honestas Religiosa postulat et officia nonnulla
et ratio sanitatis exigit, et Constitutiones Ordis Cap.
7mo Secundae Partis §1o 5to vetantis ingressum
Cellae alterius Fratris sine licentia Prioris videntur
innuere, quod hujusmodi Cellae non debeant esse
communes sed separatae. Unde Cellae duae quae ob
lapsum communis Camini in alios usus sunt con
versae quam primum fieri potest erecto camino
usibus Fratrum in ordine ad mansionem restituant.
Ea vero quae sunt in illis reposita extra claustrum trans
ferantur. Interea Patri Concionatori ante omnia de se=
parata Cella in ordine ad conscribendas sine impe=
dimento suas Conciones provideatur. Non sinet au=
tem Admodum Rndus Pater Prior quempiam Fratrum suo
in cella vel frigore hyberno congelari, vel nimio diurnis
tenebris otiosum torpere, sed de candelis, lignis et cale
factore omnibus cum debita charitate provideat,
Communitas vero Religiosa Kodnianensis tanto ma
gis se obstrictam ad amorem reverentiam ac obedi
entiam tam benefico suo Priori sentiat quanto is
plura in eorundem commodum suscepit in se onera.

Depositum Commune, ad mentem Instituti Sacrorum
Ordis Augustiniani sub tribus clavibus diversis, ita unus De
positarius sine altero arcam hujusmodi depositi aperire
nequeat reponatur clavis de jure sit penes Adm Rndum
Patrem Priorem, altera penes AKP. Suppriorem 3tia penes
Patrem Hieronymum Kochalski, qui duo vi praesentis
Decreti Depositarij constituuntur. Absque horum scitu
ac praesentia nulla pecunia sive ex annuis proventibus
sive ex eleemosinis, sive ex accidentibus in arca reponatur,
nihil quoque expendatur ex eadem nisi in eorum prae=
sentia. Illorum sit officii singulis mensibus Registra
Conventus (quae deinceps in libro ex fumialis dicto in
scribent) revidere, ac subductis expensis a perceptis
re-

residuum ad futurum mensem expresse annotare ac post AR.P. Priorem manu propria nomina sua subscribere —
Inventaria rerum Conventus conficere eademque manu AR.P. Prioris suisque subscripta in eadem arca conservare. Ceteraque quae Cap 22 Tertiae Partis Instituti Depositariis praescripta sunt observare —

Clausura velut innocentiae tutrix bonique Religiosorum Ordinum nominis conservatrix Summorum Pontificum Decretis stabilita Excommunicationibus latae sententiae firmata, Constitutionibus Ordinis Augustiniani decreta, Ordinationibus tum Visitatorum tum Provincialium hujus Provinciae non semel innovata nunc tandem felicius (authoritate supra dicti Illmi D. Ordinarii non solum saecularium sed et Religiosorum Pastoris ac Rectoris instauratur — Porta igitur Coemiterii in medio Coemiterii sita, et Porta principalis per quam solam introitus ceteris, exitus autem Religiosis permittatur. Mulieres vero ab ingressu illius arceantur. Honestiores tamen possunt recipi extra dictam portam in Cella quae nunc Refectorij nomen et locum obtinet. Ad hanc custodiendam eligatur in defectu Laicorum servulus aliquis honestus ac devotus, qui illam clausam teneat, campanulae sono admonitus presto adsit, imminente nocte tum exteriorem tum hanc interiorem januam claudat, clavesque ab illis ad Praelatum loci deferat. Ceteraque secundum Informationem ejusd nec non Caput 13. Secundae Partis Constitutionum Ords exequatur. Quantum ad secundam Portam, quae claudit longitudinem Coemiterii, Clavis ab illa concedi potest per diem illi, qui administrabit rem oeconomicam cum hac cautela ut neminem sive Mulierem in Monasterium hac parti introire permittat, Portam exteriorem necessariis Personis aperiat, quam dimissis iisdem diligenter claudat, nec hanc interiorem, ad quam illis clavis est concredita unquam apertam relinquat, ac sub noctem claves apud Superiorem loci reponat. Et haec

sunt

sunt quæ pro potestate sibi delegata statuit, mandat, decernit, ac in virtute Sæ Obedientiæ servari præcipit. in Conventu Kodniensi Ords Eremitarum S. Augustini Anno 1799 Die 25 Novembris

Idem qui supra
Visitator Generalis mpp



Matt Szymanski
Secretarius Visitōnis Grlis
mpp

Mgr Fr Placidus Winsz S. Thiæ Doctor Visitator Provinciæ Augustinianus.

Quoniam Eximius Clm̃ Rndus Pr Mr Kobylanski S. Thiæ Doctor Exassistens Generalis ac Provincialis hujus Provinciæ ob suam senectutem atq; infirmitatem personaliter Conventus nostros visitare n̄ valet, destinavit et elegit Nos ad peragendam Visitaonem, suscepimus hoc officium equidem cum timore scientes futurum nos Deo omnia Videnti, Qui Justitias nostras judicabit, aliquando debere rationem reddere, speravimus autem fore, ut nil inter fratres judicandum, nihil Corrigendum, minusve Corripiendum inveniamus, nam habemus regulam Religionis nostræ a S. Patre nobis datam suavissimam, Constitutiones levissimas atq; saluberrimas, illam quis nostrum n̄ sequetur? has quis Contemnere præsumet? Certe nullus. Ast quam sæpe atq; facile nos fallat spes cum dolore sumus experti. Vidimus enim extinctam omnem regularem disciplinam, observantiam Collapsam, imo permultos abusus et Corruptelas irrepsisse, ut ergo Collapsa restaurentur, destructa ædificentur, irrepta abalienentur, ordinamus in Virtute S. Obedientiæ et exhortamur per Viscera Jesu Christi, ut strictissime observentur Ordinaones a Provincialibus tot jam Vicibus in hoc Conventu latas, quemadmodum et ab Illustrissimo Reverendissimo Dno Dno Ignatio Woynarowski Canonico Cathed. Zytomir. Proposito Curato Leszczyn. sub titulo Decretum Reformaonis A: 1799 die 25 9bris. Atque 1mo Cum Chorum totaliter Cessatum in hoc Conventu invenimus, quo evidenter probatur, quam parum Deus quamvis sum̃e bonus diligatur, judicamus autem secundum Aplum hanc dilectionem unice comprobare, si mandata Dei Custodimus, et Illum tanquam Supremum Dominum cultu debito Colimus, ea de causa præcipimus sub pœnis in Sacris Constitutionibus taxatis, ut statutis horis officium divinum et meditationes, quemadmodum in aliis Conventibus observant fratres Ordinis nostri, in Ecclesia absolvant, atq; post Vesperas die Sabbati lytanias de B: V: M. cantent. Cum vero omnis observantia et executio legum et ordinationum maxime dependet ab exemplo Prioris, desideramus, ut circa omnes se ipsum bonorum operum præbeat exemplum, ubi præcipit S. Pater in Regula C: 11. et ne præsumat se absentare a choro sub ullo prætextu, nisi urgens necessitas exigat, aut ob negotium Conventus aliquo pergere debeat. hoc enim Deus vult Exodi 18. 19 esto cum populo in his, quæ ad Deum pertinent. Ne dicat quis pauci sumus, hæc enim sive pauci, sive multi observare possunt et debent. p: Const: C 16. n: 2. — 2do Recomendamus Vobis fratres in Christo dilecti, charitatem non fictam proximi, est hanc non assequentur Viri Religiosi, nisi Præpositus Curet sibi subditos in pacis et charitatis Vinculo conservare, et si necesse fuerit, modo private, modo publice, modo dure, modo blande, modo verbis, modo exemplis admonere. Ad fratem autem subditum pertinebit, ut Præposito tanquam Patri obediat, atque omnem reverentiam exhibeat. sic agite et adimplebitis Sumam totius perfectionis Christianæ. 3o Conscientiose admonemus Rdum Patrem Priorem, ut Ecclesia, Altaria, tum etiam præcipue sacra paramenta semper munda sint. scriptum est enim: Domum Dei decet Sanctitudo: non autem sordities, et abominatio. — 4to quoniam in hoc Conventu invenimus pessimam Consvetudinem, aut magis Corruptelam, ut quidam fratres non tantum intra, sed etiam extra claustrum sine habitu, cingulo, et capucio, sed in veste ad formam Secularium incedant, hinc prohibemus sub pœnis in nostris Constitutionibus C: 5. n: 18 taxatis, ne abhinc quis præsumat in tali veste sine habitu, vel saltem, quod tamen minus libenter Conceditur, tunica sub Capucio et Corrigia seu Cingulo incedere, et hæc omnia sint non alterius, sed unice nigri Coloris. Non Nos sed S. Pater præcipit C. 6. § 2. in incessu, statu, habitu -- nihil fiat, quod cujusquam offendat aspectum, sed quod vestram deceat sanctitatem. imo et honestatem. —

5to praecipimus, ne quis immemor clausurae sub quocumque praetextu praetextu personas alterius sexus in cellas introducat aut admittat abhinc sub poena privationis officiorum, et inhabilitatis ad illa et suspensionis a divinis ipso facto sine alia declaratione poenis incurrendis. ita Const: C: 13 n: 11. poterunt tamen recipi in locutorio, et cum hoc extructum in hoc Conventu non invenimus, fiat in refectorio hoc tamen cum omni modestia et quam rarissime. 6to ut lampas in Ecclesia ante Sacratissima Eucharistia Sacramentum die et nocte ardeat, et omnes Sacerdotes in celebratione missarum Conformes sint. 7mo Ne fratres murmurent, aut deficiant in suis laboribus, et alacri animo officio et ordinationibus praesto sint, volumus ut omnino Cibaria sufficientia, et honesta non mendicabulorum vilium statui, et Religiosorum honestati et necessitati accomodata, et Cerevisia ad mensam praebeatur, atque etiam Consolatio consuetis temporibus in Religione, ea tamen moderata, videlicet una quarta mulsi aut media vini; desideraremus autem ut omnes ab illo pessimo et maxime noxio potu Cremati totaliter abstineant, sobrietatem vero quam sanctissime colant. Sed ne sola fauces sumant cibum, et aures audiant Dei Verbum legatur tempore mensae liber spiritualis, vel aliquid ex Theologia morali vel Casus Conscientiae, certis diebus decreta Summorum Pontificum et Constitutiones feria autem sexta Regula Sancti Patris. — 8vo Statuimus, quoniam nulli Priori conceditur, ut ille per se pecunias recipiat, aut expendat, ac simul Regestra scribat, hinc si Prior depositum servat et expensas facit, alius Sacerdos regestra scribat, cui omni hebdomada perceptam et expensam in scriptis tradet fideliter. 9no Injungimus Rndo Patri Priori strictissime, ut tecta Ecclesiae et monasterii omnino hoc anno restauret, similiter et cellas, et tempore hiemali de Candelis, lignis et Calefactore charitative provideat. — demum ut orfani et pauperes ad educationem suscipiantur. 10mo ut Compararetur liber oeconomiae, in quo fideliter scribatur, quantum Cujuscumque generis frumenti seritur et metitur quolibet anno, et quantum venditur qualique pretio, nec subditos agricolas nimium oneret, et id tum ab illis exigat, quod ex debito instituto debent, ne eorum sudor, et lachrimae a Patre Caelesti vindictam quaerant. — Reliquum est, quod iterum atque iterum per Viscera Jesu Christi et merita S. Patris Augustini rogo, ut vere diligatis Deum et proximum, sitque inter Vos vera Concordia fraterna, sicque agatis, ut sitis Deo laudi, hominibus autem exemplo tam morum, quam Virtutum. Valete in Domino et Orate pro nobis singulis fratribus atque Benefactoribus Protectoribusque, sicut et nos in nostris quamvis indignis precibus nunquam omittemus. — Haec sunt, quae observari desideramus. Die 14 Julii Ao Dni 1804. in Conventu Hodnianensi.

Mr Fr Placidus Winsz Aug
Visitator Prov mpp

Notificatio Institutionis in Visitatorem —

Mgr Fr Placidus Winsz Augustinianus Sae Thliae
Doctor Prior Vilnensis et Visitator.

Officio Nostro volentes satisfacere, quod quidem jam pridem optaveramus, ast ob diversas Circumstantias et rationes non valentes, nunc Vobis Admodum Rndis, Rndis et Venerabilibus Patribus et Fratribus plurimum in Xto dilectis tenore praesentium significamus.

Quoniam juxta Omnipotentis decretum omni Creato statutum Cursum vitae Eximius Adm Rndus Pater Mgr Thomas Kobylanski Sae Thae Doctor Ex Assistens Generalis, bis provincialis, triginta quinque Annos Prior Vilnensis, Protonotarius Apostolicus die 14 8bris Anno 1803. finivit, et Provincia Nostra quamvis nimium minuta

sine

sine Superiore esse nequit; placuit Illustrissimis Excellentissimis utrius Diœcesis tam Vilnensis quam Lucœoriensis Dñis Dñis Eppis post liberam electionem Nostri per RR. PP. Nostri Vilnensis Conventus in Priorem nominati Conventus, Nos quoque in Visitatorem Conventuum Nostrorum in utraque Diœcesi sitorum instituere et confirmare. Hæc enim dum Vobis annunciamus, in ea semper cogitatione defixi, quod sumus pro animabus Vestris rationem æterna Cordium et rerum Scrutatori Deo reddituri, a quo judicium durissimum his, qui præsunt, fiet. Adhortor itaque Vos Fratres in Xto dilecti, ac præprimis Vos Coadjutores qui Cœnobiorum vel Studiorum et Novitiorum directioni præestis, ut nihil, nisi quod Sanctum et justum est, præstetis, non infelicium pharisæorum more, qui docent quidem multa, facere verè nec minimū quidem volunt, sed verbo et exemplo præcedite in doctrina sana et patientia, magis monendo, quam jubendo, non potestate dominante, sed charitate serviente moderamini. Vos quoque Sacerdotes, mementote, quæ Apostolus mandat, probate Vosmetipsos considerate dignitatem. et videte ne offeratis super altare Dei panem polutum, ne contemnatis Corpus et Sanguinem Xti judicium Vestrum manducando et bibendo, contremiscite, et magna animi fide et reverentia accedite ad Eum Regem, quem angeli formidant. Vos autem Juvenes, qui DEO et Ordini Nostro dicati estis, reddite Deo, quæ solemniter vovendo sponte promisistis, displicet enim Deo infidelis et stulta promissio. — Tandem omnes per viscera JEsu Christi rogamus, sit inter Vos vera charitas, Obedite Sacerdotibus et præpositis Vestris non uti hominibus, sed sicut Xto cum omni patientia et humilitate cordis, exibete vosmetipsos veros Servos et Ministros Xti, Sobrii estote et vigilate et implemini Spiritu S. — Novas Ordinationes non adjungimus, habemus enim Regulam Institutoris Nostri verè Sanctam et Apostolicam atq Constitutiones Sacras. — Hæc si, uti debemus et possumus, observabimus, fructus uberes atq æternos capiemus. — Hoc unum præcipimus RR. PP. Prioribus sub pœna a Nostris Constitutionibus parte 3tia Cap. 17mo Nro 12mo taxata, ne quis eorum Fratrem in alium Conventum pro suo libitu transmittat, sicut huiusq quidam Priores facere præsumpserunt.

Quoniam studiis, Virtutibus et laboribus suis debetur honor et compensatio, et ut Juniores Religiosi ad ulteriores labores magis alliciantur, inter alias regiminis Nostri curas, judicavimus Officii Nostri esse, ut hi, qui postquam non tantum Cursum in Scholis juxta præscriptum Sacrarum Nostrarum Constitutionum compleverunt, imo etiam post Studiorum labores tam in Scholis quam Cathedris sat longa an̄orum serie laboraverunt, ad Gradus his laboribus debitos promoveantur, hinc supplicavimus Illustrissimo Excelentissimo Dñe Dño Joanni Nepomuceno # Corvin Alexandri Novensis Equiti Commandori, ut dignaretur Rndum Patrem Josaphat Hacewicz antea 13. Annorum Concionatorem nunc Priorem Brestensem, Rndum Patrem Martinianum Birukiewicz 8. Annorum Phiæ et Thliæ Moralis Professorem, simulq duorum Annorum Concionatorem, et Rndum Patrem Guilelmum Bijeyko 8. Annor. Concionatorem, simulq 5. Annor. Magistrum Noviciorum ad Gradum Sæ Thliæ Baccalaureatus juxta Nostras Constitutiones nomine Reverendissimi Patris Magistri Generalis

Corvin Cossakowski Episcopo nostro Vilnensi Ordinis Imperialis

Generalis promovere, atq die 8va 9bris Anni 1805ti sub Nro 543. Litras testimoniales hujus promotionis obtinuimus, quasq in Nostro Conventu Vilnensi die 13a ejusdem Mensis et anni publicari fecimus, sicut nunc in omni Conventu publicari Capitulariter nominatos RR. PP. promotos esse volumus, præcipientia sub pœna contra inobedientes a Nostris Constitutionibus taxata ne quis contraire præsumat, quinimo Officiis suis coadjuvent, ut plenarium suum sortiantur effectum.

Invitamus quoq alios Rndos et Venerabiles Patres, ut quantum possunt curent, et se in futura Nostra Visitatione dignos promotionis exhibeant, quæ nulli Digno denegabitur.

Præsentibus Vobis etiam significamus Mandatum Imperiale a Supremo Judicio Omnibus Superioribus Communicatum et publicatum; ut ab hinc nulli Religioso detur Ultima seu pecunia ad parandas Vestes, sed secundum Regulam et Constitutiones nostras Vestes aliaq ad usum necessaria præbeantur sicut unicuiq opus fuerit, non tamen quod carnalis ejus voluntas appetit, sed quod necessitas indiget, Prior ergo omnibus Fratribus sui Conventus charitative de his provideat.

Acta et Literas Patentales Nostræ Electionis atq promotionis Rndorum Patrum in Nostra Visitatione facta publicatione in Libros Conventus inscribi faciemus, sicut ... in Librum provinciæ inscribi jussimus.

Recommendamus quoq animas EE. RR. et V. V. PP. et FF. O. N. RP. Herculani Habicht Die 5a Januar. Ao 1801o Varsaviæ. RP. Bernardi Janowski Die 18va Augusti Ao 1802o Brestæ. RP. Gratiani Popławski Die 6a Martii in Capellania. EP. Mgri Pachomii Czubowicz Die 15a Maji Brestæ RP. Juliani Sobolewski Die 24a 9bris Zaturciis EP. Mgri Simonis Woyniez Die 9a Augusti Vitroviæ Ao 1803 RP. Casimiri Lepkowski in Capellania – RP. Cæsarii Zawacki Die 18. Julii Vilnæ EP. Mgri Thaddæi Laskows. Die 16a Augusti. in Capellania Ao 1804o VP. Patri Smyling Die 19 8bris in Capellania eodem Ao 1804 – Fratris Ignatii Ostrowski Diakoni Die 30. Junii Zaturciis Fratris Michaelis Jankowski L. Die 19a augusti Vilnæ. EP. Mgri Thomæ Kobylanski Die 14o 7bris Ao 1805o Vilnæ. VP. Canuti Strzyniewicz Die 18 Januar. Ao 1806o in Capellania – Aliorumq nobis ignotorum Patrum, Fratrum, Sororum, Confratrum et Benefactorum ut illas consuetis in Ordine Nostro juvetis Suffragiis –

Quæ dum Vobis significamus præcipimus in Virtute Salutaris Obedientiæ Adum Rndis, Rndis Patribus Prioribus ut ad sonum Campanulæ ter pulsatæ Fratres Capitulariter congregari, præsentes Literas legi Libroq Conventus inseri faciant. Interim Valete et Divinam Majestatem pro Felici Successu Provinciæ Nostræ rogate –

Datum in Conventu Nostro Vilnensi Anno 1806 Die 23 Februarii

Mgr Fr Placidus Winsz idemqui supra.



Mgr. Fr. Placidus Winsz Augustinianus Sæ Thliæ Doctor Prior Vilnensis et Visitator.

Vocatus per Excellentissimum Episcopum hujus Diœcesis ad Visitandū personaliter hunc nostrum Conventum Codnensem, iter hoc invitus quidem in tam calamitoso tempore, casibus adversis et maximis expensis peregi. Condescendendo igitur ad hunc Conventum, et citatis ex Capellaniis, convocatisq Patribus ad mentem Sacrarum Constitutionū Parte 3 C: 16 Visitationem expediendam indixi, atque observatis servandis de jure et consvetudine seorsive unumquemque Patrum convocari fecimus, et ad Interrogatoria juxta citatas Cōstitutiones nil aliud excepi et audivi; nisi quod unus nesciat, alii quod non fuerint in Conventu, in quo nihil præter summam miseriam et desolationem minime parvam compertus sum. Tandem his peractis atque Patribus convocatis Rndus Pater Prior Paraclitus Hrynievicz libere et spontanee officium Prioratus deposuit et resignavit, qua resignatione suscepta ne Conventus existat sine Superiore sequenti die præsentibus Patribus Adm Rndum Patrem Martinianum Birukiewicz Sæ Thi Baccalaureum in Priorem hujus Conventus elegi atq constitui, Cui charitative et strictissime injungo ut mandatum suæ Imperatoriæ Majestatis ex Collegio Romano Catholico sub Nro 860 die 11 Decembris Año 1805 emanatum et Anno Dñi 1806 mensis Maii die 12 per Illustrissimum Dnum Dnum Suszycki Canonicum una et Decanunum Zytomieriensem in Conventu nostro Codnensi promulgatum, studeat observari. Quoniam vero obligatio nostri Religiosi status principaliter in hoc fundatur ut Deo tanquam Supremo Dño debitus Religionis cultus exibeatur, desidero unice ut officium divinum tam quo ad chorum quam Altaria Summadevotione distincte, n præpropere aut cum syncopatione absolvatur, atque meditatio de mane per quadrantem horæ ante primam tertiam sextam et nonam. Vespere autem post laudes imediate similiter lectio unius puncti meditationis cum oratione Serotina indispensabiliter fiat. Recommendo autem ut Patres et Fratres obedientiam et debitum honorem Patri Priori exibeant, ne quis præsumat /: ut audivi fuisse aliquorum in ebrietate consvetudinem /: utinam autem mendacium sit :/ aggredi Rndum Patrem Priorem et huic Convitia et Scomatica nomina imponere, sciat, quia talis juxta Constitutiones nostras contra turbatores et inobedientes latas in-

dispensabiliter

dispensabiliter punietur. Recommendo etiam Patri Priori ut omne studium et solertiam impendat tam in spiritualibus quam temporalibus ad errigenda collapsa, desolata restauranda, destructa ædificanda — Confido etiam plurimum Rndo Patri Augustino Gasierowski Suppriori a Nobis Constituto, eumque obligamus ut Rndum Patrem Priorem adjuvet, eique auxilium, ubi opus fuerit, in omnibus præstat.
Nihil novi ordinabo, habemus enim Regulam S. Patris Nostri, Constitutiones, mandata et publicationes Excellentissimi Dñi Dñi Episcopi et Ordinationes præscriptas atque Decreta reformationis per Illustrissimos Dños Dños Decanos in suis Visitationibus facta atque etiam ab Antecessoribus nostris tam in capitulis quam Visitationibus scripto relicta. Hæc observare satagite.
Vos ergo Patres et Fratres quotquot estis in hoc Conventu Rogo per Viscera Jesu Christi sit inter Vos vera Charitas, nolite exigere quod Paupertas et Calamitas moderna præstare non valet, renunciastis utiq propriæ voluntati et voluptati carnali dum facti estis Religiosi non dicite, nunc aliter sentiunt Religiosi erratis et vobismetipsis damnationem præparatis. Numquid Ecclesia Christi Juramenta relaxavit aut in Votis dispensavit, aut Ipse Christus Evangelium innovavit aut mutavit, aut promisit nunc Superbis Voluptuosis Ebriosis, Calumniatoribus inobedientibus aut aliis vitiis immersis Regnum Cælorum? Certe minime. reliquum est quod rogo et fraterne desidero ut quilibet Sacerdos ad Intentionem Sacristiæ Conventus trecentum Missas absolvat per Annum, Reliquæ relinquntur propriæ cujusvis voluntati. Alterum est ne ultra modum cibaria et potum præsertim Cremati exigant, sed ad prandium sint contenti tribus honeste præparatis cibis præter Dominicam, feriam tertiam et quintam et majoribus Solemnitatibus in quibus quartam portionem R. P. Prior addet, pro Cæna autem duas, relinquo tamen discretioni R. P. Prioris si paupertas admiserit Religiosa. ita tamen ut sufficiant ad satietatem, ne murmurent Fratres
Datum in Conventu nostro Codnensi Die et Anno ut supra.

Mgr Fr Placidus Winsz Augustinianus
Visitator

In

Imperio Suae Augustissimae Magestatis Alexandri I.

Imperatoris et Autho[c]ratoris totius Rossiae etc. etc. etc. N. 1084
Domini Nostri Clementissimi

Fr. Guilielmus Bijeyko Augustinianus S[acra]e Th[eologia]e Bacca-
lareus, Vilnensis et Lucoriensis Provinciae Visitator —
Eximijs et A.A.R.R. ac Venerabilibus Patribus et Fratribus
Vilnensis et Lucoriensis Provinciae Ordinis S.P.N. Augus-
tini Eremitarum Salutem in Domino —

Credimini Dilectissimi in Xto Fratres inadulanter me coram
vobis aperto ore contestari et palam insinuere. Quali-
ter me minime ambiens aut volens, sic improvidus pro
vacante in Provincia Ordis Nostri officio Visitatoriali specia-
libus Rescriptis Illustrissimorum Excellentissimorum ac Reverendis-
simorum D.D. Vilnensis et Lucoriensis Diae-cesanorum
Episcoporum feliciter modernorum, hoc tam grande onus
N. 2do in Provincia, imbecilitate me ac impositum et promissum obtineri
In hoc inopinato statu, agnoscens meam et in subeundam
dispositionem Divinam competentem necessitatem ob spiritum Chari-
tatis Jesum pietate dicta S. Patris N. Aug. Sanctum qu-
erit Charitas veritatis — Negotium justitiae suscepit necessi-
tas Charitatis — ac etiam pro debita Obedientia divina Supe-
riori Jurisdictione id praecipient in suscipiendo tanto mu-
nere, Cum meis quamvis immeritum, collatum mutatum reddi-
tum ausus fui. Et ideo Vester Confrater, et Vester in ordine
Designatus — Visitator de quomodo Beneplacitis Pastora-
libus festinanter vos Charissimi in Xto Confratres notificandos
habere oppositum censui, prout per praesentes Litteras hujus
edictis specialiter et solemniter significando tota Rescripta
de verbo ad verbum inserenda voluit quorum tenor sequitur talis —
Hieronimus Stryemien Stroynowski DEI et Apostolicae Sedis
Gratia Episcopus Lambesitanus Coadjutor Episcopus Luco-
riensis et Zytomeriensis Designatus Episcopus Diae-cesanus
Vilnensis et Administrator ad diem Canonicae Institutio-
nis Membrum Collegii Ecclesiastici Romano Catholici etc.
Eques Ordinum Sanctae Annae 1ae Classis et S. Stanislai —
Adm. Rndo Patri Guilielmo Bijeyko Ords Eremitarum S.
Augustini Conventus Vilnensis Priori Nobis in Xto Dilecto Sa- N. 56
lutem in Dno cum officium Visitatoris Monasteriorum
ejusdem Ords Eremitarum S. Aug. modo vacet cumque
plurimum Nobis intersit Viros graves Scientia et virtute con-
spicuos ad id muneris deputari, Te circa vitae, cujus fidem pro-
bitam, et Zelum abunde habemus commendatum quolos postros
convertimus, uti quidem revera Visitatorem Conventuum Ca-
nensium Brestensis et Vilnensis Ords Sancti Aug. Eremitar.
in Diae-cesi nostra Vilnensi existentium, Constituimus et
pron-

N° 1084

Pronuntiamus per praesentes litteras nostras ad decursum trium annorum abhinc numerandorum, cum potestate ad normam S.S. Canonum et Statutorum propriae Ords omnia gerendi prudenti Zelo Communitatem Religiosam gubernandi atq bona ad dicta Monasteria Spectantia dextere tuendi id quod a Cognita Tua virtute omnino speramus. In quorum fidem etc. Datum Petropoli hac Die 24. Mensis 9bris anno Dni Millesimo octingentesimo Decimo.—

Hieronimus Eppus. (L.S.)

Casimirus Dmochowski Can: Chiron: pro secretario.

N° 560.

Gaspar Casimirus Colonna Cieciszowski Dei et apostolicae Sedis gratia Eppus Ecclesiae Romano Catholicae Luceoriensis et Zytomiriensis Ordinum Alexandri Nevensis Comendator Aquilae albae et Sancti Stanislai Eques.—

Adm Rndo Patri Guilielmo Bijejko Ords Eremitar. S. Aug. nobis in Xto Dilecto salutem in Dno. Bene Ordinato Regimini manu tenendo, atq regularis disciplinae observationi exacte adimplendae in Conventibus Zaturcensi Cosnicensi et Radziechoviensi Tui instituti intra Dioecesim nostram existentibus providentes, Te in Visitatorem omnium dictor. Conventuum ad gerendum Visitatoris munus instituimus, injungentes omnibus et singulis Religiosis tam Sacerdotibus, quam Clericis et Lajcis praefati Ords Tui intra Limites Dioecesis nostrae actualiter manentibus, sive de obtenta legitima permissione ab Ecclesiastica Ordinaria, atq Civili potestate ex Conventibus alius Dioecesis supervenientis qualenus imitando ipsummet Xtum qui factus est obediens usq ad mortem Tibi uti Visitatori suo secundum legem Dei juxta normam votor. Regulam praescriptam prout prout rectum ac salutare Status Religiosi gubernium exigit humiliter pareant et obediant, nulloq modo mandatis et dispositionibus tuis sub quovis praetextu aut colore recalcitrare praesumant. Te autem gravissime hortamur et obstringimus, ut in administratione Visitatoriatus tibi commissi Patrem tergat omnes tuae gubernationi subjectos in discrimina tim exhibeas; Item qui mitius et humilem corde, qui eu supremus esset omnium Dnus, non ministrari, sed ministrare voluit tibi in exemplar proponas visitationes omnium Conventuum juxta praescriptum Constitutione Ords Tui quolamis perficias, ac per eas quae sunt recta quae sponsiones vocationis religiosae conferunt quae ad perfectionem Evangelicam tanquam sequum Religiosae Professionis juxta peculiares Regulae Ords Tui Institutionis ducunt, stabilias, quae Nutritia requirunt Corroborque

Quae corrigenda, in mansuetudine, Atti et Zelo secundum Sanctiorum insistens corrigas, quae ponenda essent omnimoda solitudine praevenias, ne invenias quod poniri debet, ad sectanda omnia exercitia regularia tuo exemplo praeeas, primumque Te semper nulla dispensatione quaesita in illis adimplendis exhibeas, rationes perceptorum et expensarum tam in stabilibus proventibus, quam ex Eleemosina et pijs fidelium largitionibus ab immediato uniuscujusque Conventus Superiore cum stricta discussione et indagatione de realitate illarum exiquas siquis minus rectam administrationem eorundem proventuum adinvenias ad illam melius redigendam, omne opportunum remedium adhibeas, libros adimplementi onerum Missarum et aliarum obligationum sive per Fundatores praescriptarum sive ex manualibus stipendijs evenientium diligenter discutias, et examines, conservationi seu restaurationi Ecclesiarum Conventuum Domuum ac aliorum quorumvis aedificiorum nec non praediorum fundationalium, quatenus ad eum omni meliori modo ne in ruinam vergant provideas castissimam decentiam, nitoremque Sacrorum Apparatuum rerumque omnium administeria Sacra pertinentium constituas et demandes familiae Conventualis et quovis modo ad Superioris locali Regimen pertinentis gubernationem atque suo Mysterijs fidei nostrae et Obligationibus Christianis instruj solicet etiam ad Sacramenta accedat, cognoscas et hac in parte opportuna statuta praescribas de Conferentijs casuum conscientiae ut semel saltem quavis hebdomada instituant et in libro ad id peculiariter comparato describant, ubi omnes religiosi in constanti quovis officio ad illam interveniant, nigras, omne proprietatem peculijque collectionem tanquam pestem Voti religiosis Contrariam extermines Clausuram regularem confirmes, post expletam quamvis vers. Visitationem de omnibus praemissis Articulis et circumstantijs exactam rationem et relationem nobis exhibeas. Demum hanc exhortationem Divi Bernardi Tibi adjungendam esse censemus quod debeas ex officio Visitatoratus tuj studere ut sicut Ordo a Tuis senioribus traditus est ita et tueadas posteris tuis, quantum in Te est verbo et exemplo ne aliquam Consuetudinem non bona induas, nec aliquam bona per negligentiam vel per injuriam praetermittas nec in Te ipso, nec in alijs quibus cum modestia suadere potes, qualiter postquam pro reddenda ratione villicationis tuae vocatus fueris de expletis digne studiis ac perfecte oibus muneris tuj partibus coram tremendo Dej Judicio congruam possis reddere rationem adque finem nostram Paternalem impertimur benedictionem et praesentes litteras ad Decursum trium annorum valituras manu nostra subscripsimus et Sigillo nostro communiri fecimus, Dedimus Luceoriae die 17 Xbris Anno 1811mo — Gaspar Eppus
(L. S.)
Secretarius Kanon. Siwiecki

Sic enim advertentes tam arduum officium Nobis Commissum
et destinatum omne nostrum solatium ac levamen in Vestra Cha-
rissimi Fratres et Confr: sincero amore verum Consilio et sedulo
adjutorio subveniendum fidenter speramus. — Vosque amore inti-
mo obsecrabiliter invitamus, qui in Ordine et observantia Regulæ
experti estis, quos non latet ea terribilis obligatio superioris Deo
pro omnibus rationem reddituri ut ad propagandam Gloriam divinam et
augmentum totius Ordinis nostri ejusque ad normam S. P. N. Augi: re-
tinendam disciplinam Religiosam, præcipue in tanta vicissitu-
dine temporum, cum in tenacitate nostra Provincia numerus Con-
fratrum Religiosorum non modo accrescit imo diminuit et in mo-
dico comprehendimus Congremio solicitudinis et tranquillitatis nostræ
vices suppleatis. — Hæc est enim præcipua ac peculiaris Regimi-
nis et officij nostri cura, quam cum summa vigilantia et conatu pro-
sequi unice satagemus. — Primo: Ut in domibus inter Vos
Charissimi PP. et Fratres unitas et Concordia fraterna ubivis
stabilita permaneat, sine qua Monasterium nullo modo esset Domus
Dei pacifica sed Babylon obturbata. Pacem habete ait Aposto-
lus, et Deus pacis et dilectionis erit vobiscum, quoniam ex præ-
cepto Sti Patris nostri hujus nostræ eremitanæ religionis Insti-
tutoris ac Fundatoris jubemur tene Cor unum et animam in Dno. —
2do Ut Divinus Cultus, et ea quæ ad Deum et venerationem spectant
ante omnia præ oculis nobis perpetuo adsint, quoniam hinc ac-
tiones omnes et reliqua vitæ nostræ rationes sunt dirigendæ. Prop-
terea præcipimus et mandamus, ut ubique in Ordine nostro Divinus
Cultus et officium Divinum tam cum nota, quam sine ea, summa cum
veneratione distincte attente devoteque, ac cum pausa ab omnibus indis-
criminatim Patribus et fratribus, quotidie et non interrupte celebre-
tur et excolatur. A quo officio RR. PP. Graduatos in principalio-
ribus Festis 1æ et 2dæ Classis choro exigendos esse volumus
prætendimus, tum ut quotidianis Meditationibus juxta antiquum
morem Omnes Religiosi Ordinis nostri juncti intersint atque orationes
vocalibus non intermittant stricte injungimus. —
3tio Ut Continuo insit Menti vestræ illa principalis trium solemnium
votorum Deo omnipotenti oblatorum obligatio, indispensabili-
ter quemcumque verum religiosum alligans. Estote igitur Charissi-
mi in illo Confratres in omni mandatis et directioni suorum su-
periorum cum summa humilitate obedientes exemplo D. N. J. C. Redemp-
toris et Salvatoris nostri, qui humiliavit sanctissimum obediens
usque ad mortem. Nihil sine scitu et consensu suorum superiorum
gerentes nec e Claustro sine licentia quocunque sub prætextu e-
gredientes ac ambulantes malo exinde Junioribus exemplum
seu vicijs scandalum atque religiositati dedecus inferentes.
Servate Paupertatem religiosam, in spiritu Corde et opere prout Sta
regula Præceptoris nostri veluti votum excellens et totius religiosæ
Perfectionis basis et fundamentum commendat. Præterea adsit vobis
Ejusdem Præceptoris nostri expositio quoniam sunt Divitiæ re-
ligionis opibus seculi valde oppositæ. In seculo dives est ille
qui

Qui plus bonorum possidet, at in ordine ditior est ille, qui pluribus caret et solum abundat virtutibus pro Jesu Xti amore habentes alimenta et quibus tegamur his contenti simus ajebat Aplus. Non ē q̄d edamus ad vivendum, n autem vivamus ad edendum, quod in quocunq̄ propter necessitatem n propter ornatum. — Conscientiae puritatem et Castitatem voto promissam conservate a periculosis occasionibus declinati, imitando SS. PP. nostros qui p multas orationes, multaq̄ jejunia, ad obtinendum tam celeste privilegium provenerunt, adeoq̄ unusquisq̄ decorem domus Dei signum ab eo vita emanat frigide custodiat et vivat in terra sicut Angelus Dei. — 4to. Statuimus quoq̄ et ordinamus ut ad excitandam continuo vitae ac vocationi [illegible], tum disciplinae religiosae memoriam, et ad perscrutandam conscientiam tuendamq̄ ad salutem p oes in tota nostra Communitate religiosos nemine quacunq̄ de causa excepto intra Circulum cujusvis anni p octo continuos Dies salutares Recollectiones seu meditationem exercitia tempore signanter Quadragesimae sive alio commode electo absolvant. Tum etiam Religiosi in Capellaniatu seu aliquo obsequio extra septa sui Conventus degentes et commorantes pro explendis recollectionibus per quinq̄ tum Dies obrationem, ne ab ipsorum absentia aliquod damnum in obsequiis Parochialibus inferat quotannis ad respectivum suum Conventum redire tenebuntur, et intactis Meditationi plenam quotidie se lutam horam Regula Sti Patris N. Aug. et Constitutionum regularium praescripta lectione attendere et commemorare conabuntur. — Finitis autem recollectionibus iidem Capellani etiam ex praestitis Missarum obligationibus et qualitate illarum omissionis, rationem suo superiori Conventuali reddere et nisi gravi infirmitate causa omissas, reliquas ex suis concessis stipendialibus supplere adstringuntur. — Tandem quilibet Sacerdos regularis tam in Conventu quam extra degens Examen ex Doctrina Theologiae Moralis Coram suo superiore Professore actuali Theologiae sue n in eadem Theologia Laureatis et ubi iidem decerent coram solo superiore suo subire de necesse adstringitur, quatenus ex adepto testimonio eoq̄ ad nos transmisso praesertim in Provincia Vilnensi singuli Capaces sint ad obtinendam pro excipiendis Xti fidelium Confessiones a jurisdictione ordinaria approbationem. In hoc itaque studii singulares perfectionis, et etiam communis Pastoralis sollicitudo Illmorum Excellentissimorum ac Revmorum Dioecesanorum Locorum Ordinariorum praecipue Nostri Ords Protectoris p edita mandata, tale examen indissimulabiliter explendum exigunt. A quo tu examine non nisi superiores locales tum RR. PP. actuales Professores et Magistri Theologiae exempti manent.

5to. Pro Conferentiis Casuum Theologicorum quovis in Conventu qualibet hebdomada habendis et sive in Refectorio publice — sive in particulari Convocatione tractandis Feriam tum universaliter praesignamus, et ut secretaris Liber in Conscribendis Propositionibus et resolutionibus resolvet et p Eximios AA. RR. Patres Priores componat necessario indicimus. — At ubi vigent Studia ejusmodi, Propositiones et Resolutiones Rdo P. Professori Theologiae respective Committendas et observandas ac in Libro inserendas. [illegible]

6to. Intendendo quoq̄ praecepto Sti P. Nostri quo dicit ut q̄ Religiosorum tribuat, in quo carnalis ejus voluntas a q̄d necessitas indiget. Haec in indigentia mensuranda est praecipuis dictamen et n p appetitum sensualitatis, cui nihil non desunt praetextus ad superflua semper nitriandum quare respectu vestiarij quale in natura quovis in Conventu localiter haud Compari observari autem peditari possit jam ab antiquo in ultimam id q̄ mensurarum primitivarum praescriptum sit per mutationem, et Contribuet quam vi Eximium Ambrosium Lindner.

Adm Rndus Pater Mgr Placidus Winsiz omni honore dig-
nus antecessor noster attenta necessitate in solum eam ultimam audit
sed et una in mense ttium missa votivis pro quolibet Sacerdote
concessa in qualibet hebdomada unam stipendialem cujusvis
Sacerdote Religioso apliavit, nos tn pro ratione et Circumstantia Moder
norum temporum necessitatibus Dilectissimorum Confratrum quale
cunque levamen adferre Cupientes premissam ultimam sicut ad pra
sens Constitutam in Integro Confirmamus. — Ac ad eandem Sti-
pendiales missas Cuilibet Religioso sacerdoti In principalioribus
Festis sequentes nominum — In Circumcisione DNJC In purificatione
In annuntiatione B.M.V. In Dnica Paschatis In Festo Stae Matris
Mariae In ascensione Dni Jesu Xti In Dominica Pentecostes In Fe-
sto Solemnitatis Corporis Xti — In Assumptione B.M.V. In Festo Patris N.
Augustini per totam octavam In Festo Sti Nicolai de Tol. In Festo S.
Thecla Virg. In Festo Omnium SS. — tum partes in Festo oos Ords
nostri nec non in Festo Conceptionis Im. B.M.V. — In Die Nativitatis Dni
Dica missa — Denique in die proprii Natalis respective cujusvis Sacer-
dotis pro ipso tantummodo inservientis insuper assignamus et re-
servamus Cum hae tn strictissima in Conscientia impositione et obli-
gationibus Fundationalibus ac pro Conventu Manualibus omnino
per quemcunque sit satisfactum nec sub alla protextu defraudationis
cum tali semper observatione, ut die addricta obligationibus Funda-
tionalibus ante dia eadem expleantur Stipendiales vero Concessi in
aliam Diem different. — Ac ut in praemissis permanenter Ordo retinea-
tur vigilantia et inspectioni Cuiuslibet Conventus sacrista-
2do: Et cum proposse vestris Choristarum Confratris necessitatibus providemus
non immerito a Vobis impense pretendimus et Ordinarius — Ut quivis vestrum
officio ac Muneri respective sibi Commissum omnino satisfaciat et ad quod
est destinatus stricte adimpleat. — Quique etia ad alia obsequia extranea
vocatus maneat in ideo sibi magis lucrum quaerat ac vendicet ad Com-
mune Missam imputari debere necessum sentiat, et portione a Superiore
suo designanda Contentus promoveat et acquiescat, memor semper voca-
tionis sua Religionis tum statutorum et Constitutionum sui Ordinis nec
non Apostolicarum quod Religiosus nihil proprii habens quidquid acqui-
rit sibi et Ordini acquirit. — Praecipimus etiam sic et oes Religiosi Divino Cultui
in servientes quotidie diebus privatis saltem unus per primariam et secunda-
riam Missam et Ordini PP. Familiarum Diebus autem Festivis oes sine
ulla exceptione praeter graviorem debilitatem et officium immanens pro exigua
dis stipendiis Confessionibus in Ecclesia adsint et invideant. Ubi vero Cura
animarum annexa retinet summa cum aprosito et sedulitate in Exercitio officii
vero Parochialium et Cum exemplari devotione ac predicatione Verbi Di-
vini regulariter et accurate progrediantur. 3tio Ad vos insuper adolescen-
tes Clerici Professi Sermonem Nostrum dirigimus, ut qui Vobis sciis juri
jurando Deo oblatis Religioni te dedistis et qui Curis et solicitudine ejus-
dem Religionis suis studiis se applicatis ita priore sedulo et alacriter
in exercenda Disciplina regulari Conamini quatenus praecipue virtutis
veri in Divinum amoris et cultus Praeceptorum regularumque obser-
vantia, pona erga Superiores Obedientiae Cordis humilitas sincerus af-
fabilisque erga Confratres amor, et demum religiosi illas dotes desperstit
Doctrina Scientia abiectio mundanorum et ad extirpanda vitia praecipue
oti, fervens laborum pradivitas et operatio in Vobis appareat Cons
iant et pie

Et mi et vobis futuram prosperitatem faustum decorem ac felices
uberesq fructus, n vim immensa Comiabilis lætitia totus Ordo aur.
noster non nisi luret. Adeoq ingenter capessere et intendere lectionibg
Suoru Professorum et Eoru Doctrinæ ac admonitionibus Ceremoniis,
tempus in vanum consumatis, ac tristem mærorem Ordini afferat.—
9º Quamvis plurimum in Dno simus confisi in vestro Eximij ac Ad-
modum RR PP Conventuum Priores præsentibus et sequentibus ea Oia quæ
concernunt rectum Ordinem internum summa cum vigilantia p vos adusq
custodiri et observari. Nihilhominus pro Officij ac Muneris nostri soli-
citudine eo magis astrictam pro Oibg n solum Coram Deo, etiam
Coram Jurisdictione Superiori redendam Responsionem distincte
præcavenda et exponenda atq intimanda esse censemus, Vobisq intime
commendamus.— Ut Bonorum fundationalium Integritatem pro maximo
retinere et salvare curetis et laboratis in gerendis ac tuendis iisdi
summa Cum anxietate procedatis, atq omni Conatu justam modifica-
tionem in impendendis Expensis prudenter observetis, adeoq Regis-
tra preceptorum et Expensarum regulariter et specifice Conscripta
et comparata habeatis et asservetis.— Tandem Invigilantes super
tibi subjectis Religiosis strictam Clausuram in sua quisq Conven-
tu retineatis Observantiam Regulæ Ordis nostri atq maxime Cul-
tum Divinum peragendum Custodiatis, ac singula Superius in
nostro Edicto præcomissa exequi et effectuare studeatis. Erudien-
dos Clericos in Cantu et Ritu Ceremoniarum Ecclesiasticarum
ut ter in qualibet hebdomada per unam in die non interruptam
horam inter lectiones instruant inculcatis.— Tum super Novitios
in Domo probationis Conjunctim summam in vigilantiam et ma-
gis adhibere non intermittatis, quo salubrior ex probitate ipsorum
virtutum ac spiritus veræ religiositatis ad Laudem Dei et Ordis
Decorem et ipsis profuturo eminet eventus propterea ad hæc Oia
rite exequenda Personam idoneam eligatis.—
10º Quæ omnia dum Vobis Eximij ac AA RR. Patres et Fratres remo-
ramus ac amore Sæ nostræ religionis Commendamus et præscribimus
n sine firmissimo amoris nostri solatio tempore Visitationis no-
stræ ad amussim expleta et ad Plenariam executionem deducta reperiri
speramus ita Leges nostras custodiant et executioni mandent fructu-
osum multaq ... Postremo quamobrem ad implendum nostri Officij
munera, Vobis generaliter Eximij ac AA RR. Patres et Frs denomina-
ti nostra Visitatione, quam modo in hyemali tempore hujus currentis
Anni incipiendam terminandamq et solito more prosequendam adjuvante
Deo intendimus, p præsentes nostras hujusce Edicti Litteras intima-
mus.— Requirentes ut quam primum dictæ nostræ Litteræ ad manus cu-
jusvis Superioris Conventus pervenerint statim et sine ulla mora aut
retardatione ad pulsum tir Campanulæ coram RR Patribus et Fra-
tribus paulatim et sollora voce perlegant et publicent Libroq Conven-
tus inserant, ac immediate dictum cum Conatu ad alterum Conventum
p Postam transmittant.— Volumus etiam, quatenus præsentes Litteræ
cunctis religiosis aperte pateant. Adeoq Patribus Capellanis nimi-
rum ea, quæ illos Concernunt notificent.— In reliquo Charissimi
in Xto Confratres vestris Orationibus Vestroq amori nos Comendan-
do sincero Corde et amore pro vobis precamur. ... Dnus ut obser-
vetis hæc Oia tanquam spiritualis pulchritudinis amatores et bono
Xti odore de bona Conversatione fragrantes et Gratia D. N. J. C. sit
cum Oibg Vobis amor dati in actibus Conventus Nostri ...
Anno Dni 1811 Mensis January Die 16.—
Fr ... Aug
idem qui supra
(L. S.)
Fr Innocentius ... Aug pro Secretario.—

Visitatio Anna Conventus Kodnianensis.

Fr. Guilelmus Bijeyko Augustinianus, S^ae Th^ae Baccalaureus, Visitator Provinciae.

Ex Officio Muneris Nostri descendentes ad Conventum Nostrum Kodnianensem pro peragenda Visitatione huius Conventus – Convocatis universis Patribus et Fratribus – praemisso hymno de Spiritu S^to, ac praevio sermone huic circumstantiae conformi a Nobis habito, Visitationem ad normam SS. Constitutionum intimavimus – et unumquemque Patrum ad Cellam Nostram convocavimus, singulorum Depositiones excepimus, audivimus et fideliter ac exacte connotavimus. – Ex quibus patuit, omnia tam quo ad spiritualia quam temporalia sub prudenti et vigilanti Regimine Admodum Rndi Patris Martiniani Birukiewicz S^ae Theol. Baccalaurei Prioris istius Conventus debite recteque fieri ac peragi; specialiter vero consideravimus in hoc Conventu inter Fratres Religiosam concordiam, tranquillitatem, pacem et erga suum Superiorem praecipuum amorem vigere; quae Nos commovent et magno solatio afficiunt – Multo magis, quod Moderni Superioris cura et sollicitudine licet ex admodum perexiguis reditibus diversos Apparatus usui sacro inservientes noviter comparatos conspeximus. Praeterea Tectum Templi de novo restauratum et intra Ecclesiam pro possibilitate

nonnulla

nonnulla ornamenta addita, similiter Monasterium quamvis suo aedificio exiguum restauratum, bene provisum ac noviter tectum invenimus — Insuper vidimus aliqua aedificia penes Monasterium pro commoditate Conventus reaedificata, quaedam Supellectilia ac Vasa familiaria, quae deerant, confecta et bene ordinata. — Licet enim talis in omni singularis ordo summum Nobis adfert solamen — attamen cum Divinum Officium sive Horae Canonicae Choraliter non absolvuntur et quotidianae Meditationes iuxta antiquam consuetudinem et Statutum Ordinis praetermittuntur, neque Absolutio Generalis dari solet — idcirco ut abhinc singulis diebus Patres in unum congregati praesertim nullis negotiis occupati Meditationes et Divinum Officium competenti hora quotidie persolvant et ut Absolutionem Generalem praescriptis diebus Admodum Rndus Pater Prior Patribus et Fratribus impertiatur, per viscera Christi rogamus et obligamus. — Et in huncce finem RP. Constantinum Kozlewski eligimus, creamus et constituimus Subpriorem et Concionatorem hujus Conventus; tum ut AR Patri Priori in sustinendis negotiis Conventus operam ferat — tum etiam ut in persolvendis Horis Canonicis et quotidianis Meditationibus attentissime invigilet et Ipse semper adsit. — In reliquo autem in memoriam revocamus Nostram Ordinationem Anno 1811. sub

Die

89

Die 15. Januar: in Notificatione Nostri Visitatoriatus editam, illamque quo ad omnia observandam Omnibus proponimus. Dum vero haec omnia a Vobis ad amussim adimpleta fuerint – speramus inde orituram exemplaritatem, veram pietatem, et splendorem Religiositatis, promerentia Gratia Divina et Benedictione coelesti. – Ulterius rogamus et obsecramus Eundem AR. Patrem Priorem uti Virum Bono Communi hujus Conventus addictum, qui singulari cura et solertia multa in hoc Conventu perfecit, ut omnem conatum adhibeat pro comparando Organo in Ecclesia, si aliter non possit etiam ex piis Benefactorum eleemosynis parari faciat. – Tandem quoniam R. Pater Augustinus Gasiorowski Sacr. Th. liae Lector Pater in Ordine Nostro benemeritus sic disponente Divina voluntate lumine oculorum est destitutus, ne in hac infelici sorte aliquem casum experiatur, AR. Pater Prior de puero, qui Ipsi assidue inserviat, providebit, ex quo nullum incommodum Conventui subsequetur, praeter victum qui de Conventu tantum suppeditabitur. – Bene valete et pro felici Provinciae successu DEum orate. – Datum Kodnae sub tempus Visitationis Nostrae Anno 1812. die 11. Martii

Fr. Guilelmus Byczko Augustinianus idem qui supra mpp.



Nostri Muneris Sigillo affixô
Fr. Vincentius Ginejtt Augustinianus Provinciae Secretarius

In

Imperio Suae Augustissimae Maiestatis

Alexandri I

Imperatoris et Autocratoris totius

Rossiae Dni Nostri Clementissimi.

Fr: Guilelmus Bireyko Augustinian[us]
S. Th: B: Vilnensis et Luceorien: Visitator

Quod pridem intendebamus, diu desiderabamus, verum impedientibus calamitosis Annorū revolutionibus continuo emergentibus difficultatibus et per multas adversitatibus, ac ob alias circumstantias, rationabiles q[ue] causas, non potuimus id ad fortunatum perducere finem. Sed modo dum Deus Ter Opt: Maximus adjuvit infirmitatem Nostram in superandis difficultatibus amotis q[ue] cunctis impedimentis. Satisfaciendo Voluntati et Dispositioni Illustrissimorum Excellentissimorum ac Reverendissimorū Antistitum. Consulendo urgentibus Conventuum nostrae Curae commissorum necessitatibus ad explendum Officium nobis impositum accedimus, ut pote ad hoc munus specialiter et expresse ad exequendam visitati[onem] per binas litteras Illmorū Excellen: Reverendiss: Antistitum Vilnensis et Luceoriensis ac Zytomi: modo itidem confirmatas, quarum literarum tenor est talis —

Hieronimus Strzemien Comes Stroynowski Dei et Aplicae Sedis Gratia Eppus Lambesitanus Eppus Coadjutor Luceoriensis et Zytomr Designatus Epus Dioecesanus Vilnen[sis] etc etc etc.

Admodum Reverendo Patri Guilelmo Bijeyko Ords Eremitar. S. Augustini Conventus Vilnensis Priori, Nobis in Xto Dilecto Salutem in Dno.

Cum Officium Visitatoris Monasterior. ejusd. Ordinis Eremitarum S. Augustini modo vacet cumq plurimum Nobis intersit viros graves, scientia et virtute conspicuos ad id muneris deputari: ad virum in Te (cujus fidem, probitatem et Zelum abunde habemus commendatum) oculos nostros convertimus, ubi quidem Te revera Visitatorem Conventuum Caunensis Brastensis et Vilnensis Ords S. Augustini Eremitar. in Dioecesi nostra Vilnensi existentium constituimus atq designamus per praesentes litteras nostras ad decursum trium annor. abhinc numerandor. valituras, cum omni potestate ad normam SS. Canonum et Statutorum proprii Ord., omnia gerendi prudenti zelo commemoratam Religiosam gubernandi, Conventus sup. dictos visitandi atq correctiones fraternas jx Regulae et Ord. Dei Constitutiones contra Refractarios exercendi, ut non Bona ad praedicta monasteria spectantia dextere tuendi, id quod a Tua virtute pro certo speramus. Mandamus itaq ut omnes Religiosi Tibi prout Visitatori suo secundum Legem Dei, eorum votorum et praescripta Disciplinae Regularis pro debito obtemperent, pareant obediant, nulloq modo mandatis Tuis et ordinationibus sub quovis praetextu recalcitrare praesumant, secus agentes Nobis deferentur. In quorum fidem &c. qui sup. Datum Vilnae hac die 7. Mensis 8bris 1813. Anno Ds:

Hieronimus Eppus

(L. S.)

Antonius Paulowski Can: Brest: Suae Excellentiae Secretarius.

Instrumentum in aversa pagina expressum, in toto sua extensione ad novum abhinc triennium A.R.P. Guilelmo Bijeyko Ords. Erem. S. Augus. Conv. Vilnae Priori Viro Scientia et virtute per multum commendato munus Visitatoris Conventuum Caunensis Brastensis et Vilnensis Ejusd. Ords Zelare gerendi inserviens ex Licentia ab Illustrissimo Excell. Dno Stanislao ~~Ecclesiar.~~ a Bohusz Siestrzencewicz Metropolitano Ecclesiar. Catholicar. in Imperio Rossiano Archi Eppo Mohiloviensi, Administratore Dioecesis Vilnae plenium ordinum obtinui, Egerit Nobis sub die 9 Januarij Anni 1817 sub No. 8 benignissime impertita prorogamus: Sigilloq Officii nostri munimus. Datum Vilnae Anno 1817. Januar. 24. die

Officialis Praelatus Vilnae Joannes Cywinski

(L. S.) Michael Pronimicz Secretarius

Gaspar Casimirus Colummna Cieciszowski
Dei Miseratione et Aplicae Sedis Gratia Eppus
Luceoriensis et Zytomiriensis Ordinis Alexandri Ne-
vensis Commendator Aquilae albae et S. Stanislai Eques.

Admodum Religioso in Xto Patri Guillelmo Strzyzewski Ordinis S. Augustini Eremitarum Conventus Lubeg Priori, Nobis in Xto Dilecto Salutem in Dno — Bene ordinatum regimen ac exactam Regularis Disciplinae observantiam in omnibus Regularium Institutorum Conventibus et Domibus manu teneri summopere cupientes, Te in Visitatorem Conventuum Zaleucensis Cadrensis et Radziechoviensis Ords S. Augustini Eremitarum in Dioecesi Nostra Luceoriensi existentium visitandorum Te destinamus, uti de facto Tuam Senioritatem, quia Tuam Charitatem Tuorum scrutillem, zelum erga Gloriam Dni et Salutem Animarum aliasque Religiosi Animi dotes optime notas et perspectas habentes ad Visitationis in dictis Conventibus officium instituimus, hortamurque Te in Dno ac gravissime obtestamur quatenus singulos Religiosos ad servandam, quam studiosissime in omnibus partibus sacram quam professi sunt Regulam admoneas: votorum solemnium nuncupationem, per quam mundo totaliter renuntiantes uni servitio Dei, et felici ad altiorem semper perfectionem tendendi, nexui sese mancipaverunt, in memoriam revoces. Orationem et mortificationem sine quibus ut ait Innocentius XII. religiosa vita subsistere nequit, iis diligentissime commendes, tum statum externum et internum istorum Conventuum perquiras. Inventariorum tam supellectilis Ecclesiasticae, quam Conventualis et Domesticae, nec non Librorum Perceptorum et Expensarum, Summarum debitorum quoque et activorum et passivorum collationem facias, Nosque de omnibus et singulis post peractam Visitationem certiores reddas. Porro in his omnibus et aliis quibusvis Officii Tui muniis conformiter ad Regulas et Constitutiones Apostolicas, nec non Mandata Imperialia Te geras, et quae per Decreta Visitationis Superioribus Conventuum a Te injuncta fuerint Nobis deferas, nec non Decreta anteriora ad executionem deducere omnino satagat — Ad ester
rum

monitum Te et volumus Divi Bernardi verbis: Ita Præis, ut provideas, ut consulas, ut procures, ut serves, Præis ut prosis — Hoc fac, et dominari in affectos hominum homo, et ne dominetur Tibi iniquitas — Quatenus porro Munus hujusmodi Visitatoris Conventuum Ords Nri, tam Tibimet ipsi, quam Communitati Religiosæ a Te gubernandæ proficuum et salutare evadat, neve in quopiam suo frustetur effectu, omnimodam Tui a Religiosis dictorum Conventuum observantiam strictissimamq Obedientiam præstari debere declaramus, ac inobedientes pœnis Legibq Religionis suæ præscriptis coërcere — In quibq omnibus a Te quam diligentissime peragendis, Nostram Pastoralem Tibi impertimur Benedictionem. Præsentibq Litteris Nostris ad decursum trium Annorum valituris — Dedimus Leopoli die 2. Januarij Anno 1814.

Gaspar Cyprus (LS)

Secretarius Capitularis Ms Priore...

Hæc quoque Fratres Charissimi annunciamus, summo simul perfusi animi gaudio, quod concesserit Deus tempus id ad effectum deducendi quod per tam longam temporis spatium expectabamus — et vel maxime pro hoc quod habebimus opportunitatem tempore Visitationis Nostræ tractandi vobiscum de Gloria Dei — Disciplina Religiosa, et communi Regimine cujuslibet specialiter Conventus — Quod dabitur Nobis apta occasio rectificandi cum vobiscum Deo Ratio... si quis præter nostram expectationem occurrerit: Deinde optamq et hortamur in veritate et charitate in ficta ut abundetis in spiritu, proficiatis in virtutibq — Et omnino hujusmodi Visitationem Conventuum per nos hoc Anno, Mense Augusto Deo adjuvante inchoandam absq ulla mora et retardatione per Præsentes significamus —

Interim recommendamq Animas Patrum et Confratrum Ordinis in Provincia Lituana et Rothenica defunctorum —

Anno 1805. E.A.RP. Thomas Kobyłański die 14. 7bris Vilnæ —
Ao 1806. RP. Ambrosius Wojciechowski die 13. 7bris in Cap Loseensi
Paschæ: GD. Josephus Brimicki Conf. Ords. d 14. Julij Brestæ
1807. ARP. Cælestinus Gudanowicz Prior Radziechovius die 19 Julij —
RP. Gregorius Witanowski die 21 7bris Brestæ —
1808. RP. Victor Szymkiewicz die 4. 9bris in Cap Niestaniszki —
Fr. Andreas Matusewicz Laicus die 26. 8bris Radziechoviæ

1809. RP. Nicolaus Jeretski Sacrista eccl. Vit. et Regiminis Cathedralis in Ducatu Samogi: † 6. Januarij —

RP. Simplicianus Zaloga in Capel: Zawiss † 27. Maj —

VP. Gregorius Kossecki † 4. 8bris in Dubinki —

MD. Thadeus Laskowski Conf: Ordinis: Brestae

1810. RP. Lucas Wayciniewicz vicarius Conv. Radzichow:

1811 – ARP. Gaspar Urbanski SJL: Con loci in Budzysse: 17. 7bris

VP. Theodorus Janitko † 4. Aug: Zatoreii

1812. RP. Prosper Szymkiewicz Administr: Eccli: Par: Taurogi: † 29. Februarij Tauroginis —

Fr Gregorius Rymigaytlo Laicus † 7. Apri: Vilnae

E ARP. Ulrich Prior Caminensis † 20 7bris Camineci

1813. VP. Augustinus Gibeniz † 7. Mar: Vilnae

VP. Gaudisalvus Pitkiewicz in Capell: Worniancnsi † 20 Mar

A RP. Josephat Haciewicz SJB: Prior Brestensis † 30 9bris

1814. Fr Fridericus Wyjalowski Laicus † 1. Martij Brestae —

Per Illu: MD. Casimirus Sobadowski Capel: Episc: Conf: Ord: † 5. Februarij

1815. VP. Hieronimus Kochalski † 16. Martij Zatoreii —

VP. Casimirus Hamiewicz † 7. 8bris Zatoreii —

1818. RP. Facundus Lawkiewicz in Capell: aulica Herburgszki † 2. Februarij —

VP. Theophilus Kortanski in Capell: Parochiali Obolnissi † 25. Martij —

Patres PW: defuncti extra Provinciam nostram —

1813. RP. Nicolaus Zybinski SJL: † 24. Jan. Raveni

RP. Paulus Dyminski SJL: Concionator Cathedr Crasnostaviae † 10. 9bris Crasnostaviae

E ARP. Aloisius Kujinski ExPro: † 24. Xbris Crasnostavi:

ARP. Zephirinus Wasilewski SJB: † 7. Apri: Ravae

VP. Germanus Sanling † 7. Apr: Varsaviae.

ARP. Maximilianus Poniatowski Prior Lezno 27 Apr Lezno

ARP. Valerius Borowski SJB: Prior Crako: 2 Julij Crakovi:

VP. Felicianus Jurkiewicz 6. Julij Crasnostaviae

VP. Joannes Koszelewicz 5 8bris Varsaviae

1814. E ARP. Caietanus Starzenski ExP: 20. Januarii Vilnae

RP. Donatus Zembrzuski SDL. in Capell. 10. Xbr. Vilnae
ARP. Laurenus Rzepecki SDL. Subp. Digzn. 21 Xbr. Digzne
RP. Elias Dybkowicz Ex 27 Xbr. Brzesciae
ARP. Hilarion Jazdowski SDL. Pr. Pilzno 6. Mar. Pilzno
RP. Aurelius Zablocki SDL. 2 Ap. Novo
E ARP. Magr. Philipus Dzieciński Ex. Pr. Lucko: 27 Maj:
RP. Vincentius Wiszyk
RP. Simon Dziewiątnicki 23. Aug. Varsaviae.

Memores igitur estote ARRPatres in Sacrificiis Missae, Fratres in vestris Orationibus animarum vestrae Confraternitatis, observantes ut si quas Justissima Supremi Judicis in poenas Purgatorii detinet Sententia, illas clementissima quantocyus liberas faciat Misericordia — Praesentes Litterae Nostrae in quolibet Conventu Capitulariter coram Congregatis Fratribus perlegantur, et in libro Curiae inserantur: postea per postam de uno ad alterum Conventum transmittantur sequenti ordine: Cracoviam, Brestam, Radziechoviam, Zalucecos, Rodnam, ibique maneant.

Bene valete et pro felici successu Romanae Dei orate

Dedimus Vilnae 1818 Anno 21. Augusti et Sigillum Provinciae apponimus (LS) Fr. Guilelmus Bijeyko Augustinianus
Visitator Gen. Sup.
mp.

Fr. Vincentius Wiszyk
Pro Secretario mp.

Visitatio 2da Conventûs Rodnensis

Fr. Guilelmus Bijeyko Augustinianus S. T. B. Visitator Provinciae.

Post Adventum Nostri ad Conventum Rodnensem pro peragenda 2da Visitatione — Lustrantes utrumque hujus Conventûs Statum spiritualem nempe et temporalem, et ex secretis Scrutiniis Patrum certi facti sumus, nihil posse objici Superiori

riori Adm. Rndo Patri Martiniano Birukiewicz, quò laedatur honor Officii in regendo administrandoque hoc Conventu. Quinimo invenimus curâ et sollicitudine Ejusdem nonnulla Aedificia noviter exstructa, nonnulla reaedificata, ac etiam nonnullos difficiles processus ad felicem exitum perductos. Sed cum tam longo et assiduo Duodecim annorum regimine hujus Conventûs continuis laboribus et negotiis domesticis pressus, petierit Nos quatenus ab hoc Officio liberemus. Hinc tam ex consideratione Nostra, quam etiam annuendo praefati A.R.P. Martiniani Birukiewicz S.T.B. desiderio, ab Officio Prioratûs tam oneroso et valetudini Ipsius adverso, dimittendum duximus, sicuti reverâ dimittimus. Eumque utpote benemeritum in Religione pro Graduato Emerito agnoscentes in Conventum Zaturcensem mittimus, ibique Eum ad ulteriorem Nostram Dispositionem collocamus X — Pro Bono autem hujus Conventûs sequentia ordinanda et statuenda censuimus.

X cum praevia Obligatione Cassam Conventus Kodnensis – Singula Documenta et Transacta Fundationalia – Supellectilia tam Conventus, quam Ecclesiae, et omnia juxta Inventarium Nobis fidelissime reponendi.

1mo. Quoniam A.R.P. Martinianus Birukiewicz Officium Prioratûs resignavit, in locum ergo Ipsius declaramus alium Priorem à Nobis deputandum, munitumque Instrumento et confirmatum ad hunc Conventum datâ primâ occasione transmittendum. Nunc autem constituimus actualem Vicarium hujus Conventûs Kodnensis R.Patrem Liberatum Stanczewicz. Eidem plenam potestatem tam in spiritualibus quam temporalibus exercendi concedentes, sicut caeteri Priores habere consueverunt. Insimul ad exhibendam praefato R.Patri Vicario ab omnibus Religiosis Obedientiam Religiosam, et ad adjuvandum in omnibus Fratres Religiosos in Conventu manentes hortamur. — Eodem actu stabilimus ut praedictus R.P. Vicarius etiam post adventum Prioris à Nobis designati

designati Officium Vicarii seu Supprioris Conv[en]tus exerceat, et iuxta Ss. Ord[ini]s Constitutiones R[ever]end[u]m Priorem in variis negotiis hujus Conv[en]tûs adjuvet.

2do. Moderno Vicario et futuro ~~Vicario~~ Nobis designando praecipimus ut diligentissime invigilet circa rectam in temporalibus gubernationem, in quo totaliter Bonum Fundationis hujus Conv[en]tûs consistit et innititur. Ulterius obligamus ut pro expetenda generali Visitatione juxta Edictum Ill[ustrissi]mi Collegii Romano-Catholici et Dispositionem Loci Ordinarii sedulo omnia conscribat et comparet. – Debet item curare supra Summas Fundationales, omniaque Bona Conv[en]tûs dextere tueri, ne implicationi sint obnoxia, et in damnum Monasterii vergant. – Tenebitur etiam Lites seu processus inchoatos aut inchoandos maxima adhibita diligentia et cautela promovere et continuare semper in omnibus difficultatibus et dubiis homines peritos et addictos Ordini Nostro consulendo, ut nihil quod pertinet ad diligentiam sincerumque sollicitudinem tuendi Bona Conv[en]tûs omittatur. – Similiter omnia necessaria Religiosis quo ad victum, ne aliquod murmur eveniat, praebeantur. Pariter animadvertendum ut infirmis et debilibus omne obsequium praestetur, et cibi convenientes tribuantur. – Specialiter R[everen]do Augustino Gasiorowski in Ordine Nostro bene merito cum maxima animi Nostri dolore lumine oculorum destituto, ut continuo puer sumptu Conventus inserviat, praecipimus. Quod iam et primo Decreto Anno 1812. cautum erat sed ad hoc usque tempus ad effectum non deductum. – Denique Subditos Monasterii juxta consuetudinem et antiquum Inventarium pro consuetis laboribus retineat, necnon Famuli in Conv[en]tu existentes conformi ipsorum statui vestitu sint provisi, accurateque persolvatur ipsis juxta pactum Salarium, ne Operarius frustratus mercede in amaritudine animi maneat.

3tio

3tio. Registra Perceptarum et Expensarum sub cura RR. Prioris vel Ejus Vicarii sunt conservanda, ordinate et dilucide inscribenda, et ob evitandam omnem suspicionem quolibet adveniente ultimo Mensis Die, vel saltem quolibet Quartuali Pater Prior cum Vicario, et tertio adhibito Patre calculum facere et subscribere obligantur.

4to. Proventus pecuniarii seu Depositum Monasterii, quantum potest, tribus seris occlusum per Patres Priorem et tertium Patrem, conserventur. – Quando fuerit pecunia pro necessitatibus Conotus expendenda, tunc à 3bus praesentibus Depositariis exponatur. – In hunc finem praecipimus ut comparetur Arca munita triplici Clausura, a tribus etiam Depositariis custodienda.

5to. Mementote Fratres Religiosi et bene memoriae mandate quod ideo et unice Religioni nomen dedistis, et saeculo abrenuntiantes Votis Religiosis se obstrinxistis, ut glorificetis Deum et augeatur Vobis praeeuntibus exemplo, Vestroque Zelo Laus Eius sancta. Ubi enim hujusmodi Cultus Divinus potest magis promoveri et ampliari, nisi in Tabernaculo Eius Sancto id est Templo Dei? Adest Vobis Fratres Charissimi Ecclesia Regularis, et vel maxime parochialis, ideoque tota Vestra cura sollicitudo et studium in hoc ponenda sunt, ut Devotio Diebus Dominicis et Festivis ritè laudabiliter et cum maximo fervore ac aedificatione populi peragatur. – Sacerdotes Dei, Ministri Altaris, praedicate populo Verbum Dei, et in Vestris piis Orationibus et Sacrificiis rogate et orate una cum populo Deum. Id Vestra Vocatio, et Status exigit, id intendebant et modo volunt Illustrissimi Magni Fundatores et Parochiani. – Consideravimus quia antiquitus nonnullae Festivitates in principalioribus Festis solemniter in hac Ecclesia Rodnensi celebrabantur, sed postmodum à longo intervallo oblivioni deditae, praeter unam Festivitatem B.M.V. de Consolatione usque ad praesens peragi solitam. Nos insistentes vestigiis

vestigiis Praedecessorum Nostrorum tam antiquam, laudabilem et sanctam consuetudinem intendentes renovare, non tantum Festum B.M.V. de Consolatione, sed etiam volumus ut aliae Festivitates, praesertim Ordini Nostro concessae et privilegiatae in posterum celebrentur, nimirum Festum S. Patris Augustini, S. Matris Monicae, S. Theclae V. et M. prima post Festum Ejusdem Virginis Dominicâ cum expositione Ss. Sacramenti, primis et 2dis Vesperis, Concionibus et processionibus. Item Solemnitas Ss. Corporis Xti per totam Octavam cum processionibus ac denique Missa Rorate in aurora tempore adventûs, ut mos est in his Regionibus Diebus Dominicis et Festivis sine expositione Sanctissimi decantetur. Nullius momenti adducitur ratio, quia Parochiani non solent ad Ecclesiam in concursu convenire et congregari, et quod Organum sit destructum. Tali in casu reponimus: prius monendum esse populum, eique statim post Concionem annuntiandum de futura imminenti Festivitate, et sane scientes Parochiani advenire non dedignabuntur, ideo vel maxime cum haec Devotio rite ac laudabiliter obeunda et peragenda est in Ecclesia propria Parochiali. Similiter Organum quamprimum poterit debet restaurari, et Organarius procurandus. Sine Organo enim Ecclesia parochialis, maximeque Regularis, ubi Cultus Divinus incessanter promovendus est, esse nequit. Quod onus speciali et vigili curae RP. Vicarii committitur. Nullatenus etiam neque ad breve tempus decet Cultum Divinum privatim absque ulla solemnitate et cantu praecipue Diebus Dominicis et Festivis in silentio peragere. Neque etiam tali modo Fundationalibus Obligationibus satisfieri potest. Denique volumus ut nunquam practicetur, quod nulla Missa Diebus profestis in Ecclesia Regulari celebretur. Sed semper curandum et satagendum, ut quotidie tempore consueto Divina

amotis

amotis cunctis impedimentis peragantur. Idcirco obligamus si non 4tuor, saltem tres Religiosi Patres in Monasterio penes suam Ecclesiam causa continuo promovendæ Devotionis resideant et omnino maneant.

6to. Religiosi Patres in Conventu manentes ex ordine in Ecclesia prædicare et populum in Rebus Fidei instruere singulis Diebus Dominicis et Festivis debent. – Præterea Pater Prior vel Ejus Vicarius Exhortationes conformes Festivitati ante Benedictionem Papalem habere, eamque populo Diebus concessis à Sede Apostolica impertiri tenetur. Pater verò Sacrista informare populum et edocere Catechismum brevi ac facili methodo, necnon fervidè Parochianos excitare, certis de mane horis Diebus Dominicis in Quadragesima præcipuè currente annua Confessione Communioneque Paschali, obligatur.

7mo. Visitationem Infirmorum vel baptizare parvulos similiter ex ordine Sacerdotes obligantur, nullatenus remittentes alter ad alterum, exceptis solum impotentibus et debilibus, ut parochiam diu expectare non cogantur, nullamque experiantur asperitatem. – Omnem verò ordinem servare, exemplariter se gerere in Ecclesia, in celebrandis Sacrificiis Missæ uniformitatem servare, pacificè cohabitare, singulis injungimus.

8vo. Pro Refectorio una Cella seorsiva designanda et determinanda, quæ mundè et decorè sub cura Fratris Bonaventuræ, nullo ibi inhabitante, servetur. Quo omnes ad Mensam conveniant, ubi aliquis Liber Spiritualis scilicet Sacra Scriptura, Regula S. P. Augustini, Decreta Apostolica, etiamsi à puero instruendo, tempore Mensæ ad normam Ss. Ordis Constitutionum legantur. – Item ad Refectorium convenire omnes singulis Diebus præcipuè

præcipuè tempore autumnali, hyemali et verno, Horâ 8va de mane pro Meditatione, et Horis, 1ma nimirum 3tia, 6ta, et 9na persolvendis. – Quibus finitis pro celebrando Sacro quilibet Sacerdos ad Ecclesiam pergere. – Post Meridiem Horâ 3tia vel 4ta secundum diversitatem temporis pro Vesperis, Completorio, Matutino et Oratione Serotina tenentur: In æstate verò, faciente omnibus valetudine, hæc omnia Choraliter in Ecclesia peragenda sunt. Atque Absolutio generalis certis et præscriptis Diebus à Priore vel Ejus Vicario Religiosis impertienda. Hujusmodi preces et Horæ Canonicæ tam in Refectorio seu Oratorio, quam etiam in Ecclesia ut cum debita pausa veraque devotione recitentur obligamus. – In Refectorio seu Oratorio deficiente Sacristiâ hyemali, et ob angustiam loci, in Conotu Olea Sacra et Aqua Baptismalis in loco ad id specialiter deputato decenterque ornato sunt conservanda – Utque pro iisdem Oleis Ss. et Aqua Baptismali in administratione Sacramenti Mensa decenter ornata præparetur, recommendamus. – Cum enim ob angustiam Conotus amplior et specialis locus pro administratione hujus Sacramenti determinari nequeat – Volumus quatenus Prior vel Ejus Vicarius Refectorium vetus extra Clausuram situm expurgari et ut decet restaurari curet, ubi cum majori decentia conservari tam Olea Sacra – Aqua Baptismalis, et administrari tam saluberrimum Sacramentum Baptismi possint. – Quando hæc omnia ad finem deducta fuerint, et Refectorium dictum restaurabitur Clausuram etiam Regularem in Monasterium, secundum Constitutiones Apostolicas et Obligationes multoties à pluribus Nostris prædecessoribus Provincialibus repetitas, introduci optamus et indicimus, ne postmodum ingressus Mulierum practicetur excepta Illma Md. Fundatrice hujus Conventus et Ejus proxima Familia.

Qho.

9no. Pro Meditatione et Horis Canonicis recitandis, Horis certis et destinatis semper pro signo pulsetur Campanula per Fr. Religiosum vel puerum ad hoc designatum.

10mo. Pro Bono Ordine hujus Ecclesiæ constituimus Sacristam V. Patrem Gregorium Myszkowski. Quem obligamus ut omnia Supellectilia Ecclesiastica sedulo, sollicite et decenter servet. Cui etiam Educationem et instructionem puerorum in Monasterio inservientium committimus. Registra omnia Sacristiæ Perceptarum et Expensarum apud se præfatus Pater Sacrista debet retinere cum onere sub conscientia inscribendi omnes proventus Ecclesiasticos, nempe Stipendia Missarum Manualium — pro Administratione Baptismi — Benedictione Matrimonii — pulsu Campanarum — Sepultura Defunctorum — earumque omnium rerum, quæ à Christifidelibus data et oblata fuerint. — Quod si aliquando alius Sacerdos baptizaverit Infantem, vel benedixerit Matrimonium, proventus inde qualiscunque offerretur ad communem Massam Sacristiæ deponi et reddi, atque Patri Sacristiæ ad inscribendum et inserendum Registris committi debet, Nam qui de Communi Bono vivimus, ad communes Bonum omnes laborare debemus ita enim Constitutiones Ordinis et Jus Canonicum sonant. Quidquid Monachus acquirit, non sibi sed Monasterio acquirit. Hujusmodi Registra Perceptarum et Expensarum Sacristiæ ad calculandum et subscribendum quovis Mense exspirante, ut Pater Sacrista RP. Priori vel Ejus Vicario producat et porrigat, præcipimus.

11mo. Quo ad Visitationem Parochiæ quolibet Anno consuetam statuimus, ut Sacerdotes visitantes computum faciant Parochianorum, qui accedunt ad Ss. Communionem, et qui inhabiles reperientur. — Item interrogent pueros et Famulos utrum sciant preces, Rudimenta Fidei, et Catechismum — ipsosque

in

in respondendo, si deficiant, adjuvent et instruant, denique Ipsis benedicant. — Strenam à Parochianis pro Oblationibus tribuendam Organario Ecclesiæ — pecuniariam vero Visitationem Parochianorum peragenti concedimus, excepto frumento, quod ad Commune Bonum volumus importari. —

12mo. Consuetudo in hac Diœcesi invaluit, quod Perillustres RR. Parochi pro adjutorio sibi in Officiis parochialibus exequendis Patrum ex Ordine Nostro penes Ecclesiam parochialem manentium solvant quotannis et mittant ad Conventum Solerium Florenorum 300. Hinc Capellanus non potest Missas Fundationales locales pro his solum 300. Flor. quæ Conventui persolvuntur ad absolvendum obligationem suscipere, omittendo Missas Conventuales, quas vi Vocationis suæ ad Intentionem Conventus absolvere tenetur. Sed vel ipse Capellanus vi proventus proprii à Parocho sibi concessi Obligationes locales absolvat, vel conveniat cum istomet Parocho, quo ad impletionem et satisfactionem hisce obligationibus, ut nullum inde incommodum et detrimentum Conventus patiatur. — Pater in Capellania degens, quando ex justa causa omittit præter proprias Missas Conventuales ad intentionem Conventus absolvendas, tunc data prima opportunitate tenetur certum facere RP. Priorem vel Ejus Vicarium de ommissis, ut inserantur et adnotentur in Registro Patris Sacristiæ ad absolvendum pro non satisfactis.

13tio. Post obitum cujuscunque Religiosi debent omnia Derelicta etiamsi in minima quantitate et parvi momenti fuerint — in præsentia Duorum Patrum localium à RP. Priore connotari — Registrumque hujusmodi ab hisce tribus subscriptum postea ad Visitatorem Provinciæ, conformiter SS. Ordis Constitutionibus transmitti — et Ejus Dispositionem in distribuendis vel vendendis expectari.

14to

× Quolibet Anno

14to. Nova Tabella × seu Registra sub titulo Oeconomica sunt comparanda, in quibus omnes Subditi, eorumque obligationes specifientur — Tributa publico Aerario in certa quantitate soluta, vel ab ipsis debita — Quantitas Agrorum, et quantum quisque ex Subditis excolere solet — Nobiles eorumque Annui Census, quantum a quolibet juxta Contractum debeatur et quantum solverit. — Famuli in Conventu existentes, cum expressione eorundem Solarii — Quantitas seminationis Frumentorum et frugum. — Distributio sub certa Data diversae segetis in quacunque qualitate in varios usus Conventus, vel etiam eius venditio — Item numerus Equorum, pecorum, avium, et omnium animalium, quae crescunt et decrescunt, seu etiam vendantur ut dilucide et expresse conscribantur et adnotentur, recommendamus — Omnis vero Percepta ex Censu a Nobilibus illata — venditione Frumentorum, pecudum, Equorum vel avium, — Tandem Expensa pro Solario Famulorum in Monasterio existentium — pro ipsorum Vestitu comparando facta in Registra Conventus inserantur et inscribantur. — Quod Pater Prior cum Patre Vicario praestare debent.

15to. Dum Decreto Exdivisionis Anno 1813. die 10. Maji in Actis Terrestribus Zytomirien. oblato destinati et per Dimensorem delineati sunt pro Bono Fundationali hujus Conventus Mansi quinque Sylvae Synguriensis — Vidimus hanc Sylvam in actualitate et possessione Conventus cum existentem magna ex parte combustam — Reliquam autem fragminibus arborum obrutam et impletam. — Ad praecavendum ergo ab ulteriori in posterum incendio facile ex fragminibus oriundo, ad bene retinendam hanc Sylvam abhinc obligamus quemadmodum Conventum ita Subditos Conventuales

ut

ut non excidant de stipite ad comburendum, nisi urgente necessitate et pro aedificiis. Quodque Subditi Conventus non aliter nisi obtenta prius in Scriptis licentia à Superiore vel Ejus Vicario uti possunt. Sed ad quotidianum usum unicè tantum Fragmina colligenda sunt, quo paulatim Sylva expurgari et à fortuito incendio praeservari queat. Ulterius interdicimus strictissimè Superiori Conventûs vel Ejus Vicario ex hujusmodi Sylva arbores ne det facultatem etiam principalioribus Singularissimisque Amicis et Benefactoribus Conventûs excidendi quamvis in minima quantitate. — Notandum et bene ponderandum hoc semper, quia è Bonum Fundationale, quod nullo in casu contra Jus Ecclesiasticum et Edicta Imperialia sub poenis abuti non licet. Item praecipimus ut Custos Sylvae in Domo ibi extructa assideat diligentissimè Sylvam Fundationalem custodiendo, ne ullum incommodum Fundationi et Conventui inferatur. Ergo incumbit ut quavis Hebdomada saltem unus Religiosus causa inspiciendae Sylvae eo proficiscatur. alias si hoc parvipendatur paulopost Conventus absque Sylva et arboribus ad comburendum manebit, solo tantum stramine, ut olim contentus.

16to. Si R.P. Priori causa procurandorum negotiorum Conventûs longe proficisci contigerit, debet ante discessum omne regimen Conventus Patri Vicario committere, ne ratione digressionis R.P. Prioris disordo et aliqua inconvenientia sequatur.

17mo. Ultimam seu Pensionem ab antiquo, ut ex Registris patebit, R.P. Zephyrino et Fratri Bonaventurae debitam R.P. Vicarius prima commoditate exsolvet. Cuilibet enim Religioso praescripta Ultima pro Vestiario juste et meritò debetur ideoque habet jus semper eamdem repetendi.

18vo.

18vo. Ecclesia et Monasterium antiquitate periculo et ruinæ obnoxia, ne totaliter brevi tempore corruant, quoadusque promissæ magni æstimandæ gratiæ Illustrissimorum Collatorum pro exstruendo et erigendo novo Templo et Monasterium suum non obtineant effectum sollicité quotannis intus et extra reficienda.

19no. Illustrissimæ Mdnæ Fundatrici et Illsimis Mdnis Collatoribus debitam reverentiam et honorem semper præstandam ab omnibus hujus Conventus Religiosis præcipimus. Ipsoque utpote principales Ejusdem Conventûs Benefactores Vestris Patres et Fratres piis Orationibus recommendamus, ut Deum oretis pro Eorundem longæva Vita, felici successu, et faustissima incolumitate.

20. Denique mandamus ut præsentes Litteræ Nostræ continuis tribus Diebus tempore Mensæ ex ordine à Patribus publicè legantur et, in omnibus, exequantur. — Dum hæc omnia Fratres Charissimi, quæ moderno Decretô Visitationis Nostræ præscripsimus in Spiritu Obedientiæ Religiosæ conservare et adimplere studueritis - Divinam Benedictionem et Gratiam obtinebitis, Ordini decorem, Honorem Vobis et solatium, ac æstimationem ab omnibus reportabitis. Bene Valete - pro Nobis et felici successu Provinciæ Deum orate. — Dedimus Vodnæ sub tempus 2dæ Nostræ Visitationis Anno 1818. die 7. Xbris VS.

Fr. Gwilelmus Bijeyko Augs.
Idem qui supra.
mpp.



Nostri Muneris affixô Sigillô
Fr. Vincentius Gineytt Augs.
Pro Secretario mps.

Od Xiędza Gwilhelma Bijeyki — Wizytatora Prowincyi Xięży XX. Augustynianów Eremitów — do Przełożonych, Klasztorów tegoż Zakonu : Uwiadomienie. —

№ 15. — Wielkim żalem i boleścią serca przejęci, donaszamy Wam Amantissimi Confratres! o zgonie zasłużonego i zewszech miar Godnego Kapłana, Zakonu Naszego; s. p. X. Benedykta Witkiewicza — aktualnego Supneora Konwentu Kowienskiego — który po długiey chorobie, dnia 3.go Oktobra b. r. z tym się pożegnał światem w Klasztorze Naszym Kowienskim — maiąc lat wieku 70. — bo urodzony roku 1749. dnia 28. 7bra. — Zalecamy przeto tém Pismem Naszém: Jżbyście po odebraniu niniejszey wiadomości, Niezwłocznie totum Officium Defunctorum cum Laudibus, Missa Cantata et totidem Lectis quot in Conventu Sacerdotes fuerint, pro anima ejusdem Benedicti Sacerdotis Ord. Nri, odprawili. i koleyno naypierwszą Pocztą do bliższego Klasztoru, takową Kursoryą odesłali. A z Kodni Nam do Wilna, dla pewnieyszego przeświadczenia się o doyściu oney do wszystkich Klasztorów, powrócili. — Datt. w Wilnie. 1819. r. d. 8. Oktobra. — X Gwilhelm Bijeyko Augustynian Wizytator Prowincyi. mpp. — Via Cursoria sic dirigitur: Brestam. — Radziechoviam. — Zaturcios. — Kodnam. — Kodnâ retro Vilnam. —

Litteræ Convocationis.

Fr. Guilelmus Bijeyko Augustinianus Prior Conventus Vilnensis et Visitator Provinciæ. Salutem. Adm. Rndis ac Venerabilissimus Patribus Conventus Kodnianensis. —

Multis de causis bene nobis notis propositum nostrũ adhuc præterito Año factũ ad rationem Electionis novi Visitatoris Provinciæ, vix nunc optabile sortiri meruit effectum. —

A Consistorio Diœcesano Romano Catholico Vilnensi die secunda Martij Anni currentis manifestatũ nobis fuit Rescriptũ Excellentissimi ac Reverendissimi Stanislai a Bohusz Siestrzencewicz Metropolitani Ecclesiarũ Catholicarũ in Imperio Rossiaco, Archieppi

Mohi-

149

Mahiloviensis, Administratoris Eppatus Vilnensis, Equitis Ordinum 11. Februarij ejusdem Anni editum. – Cujus Copia adjungitur. –

Sprawujący Urząd Generalnego Officyała Dyecezyi Wileńskiey Vice Officyał Prałat Kanclerz S. Teologij Doktor. –

WJX. Guilelmowi Bijeykowi Wizytatorowi XX. Augustyanow Eremitow. — Załączając dla wiadomości WM Pana Kopiją przełożenia JW Metropolity Rzymskich w Rossyi Kościołow Nro 99. dnia 11. ninieyszego Miesiąca dattowanego, poruczam WM Panu zastosować się do tegoż przełożenia, względem potwierdzenia Elekcyi Wizytatora Zakonu XX. Augustyanow Eremitow. – Podpisał Vice Officyał Prałat Wilen. X. Wincenty Mikucki. –

~~Juxta quod accomodando ad Nationale Decretum Anno 1801. Supreme confirmatum designat Electionem Visitatoris Fratrum Ords Eremitarum S. Augustini per Congressum Capituli.~~ –

Novissime die 9 Junij recepimus Concessionem ab Illmo Eppo Luceoriensi et Zytomiriensi Gasparo Casimiro Kolumna Cieciszowski Equite Ordinum pro eodem Congressu ad Monasterium Radziechoviense – ut ibidem Copia ejus manifestat. –

Od Metropolity Rzymsko Katolickich Kościołow w Rossyi, Arcybiskupa Mohylewskiego, Administratora Biskupstwa Wileńskiego, Sgo Andrzeja i innych Rossyiskich, Polskich Orderow i S. Jana Jerozolimskiego Wielkiego Krzyża Kawalera Stanisława Siestrzeńcewicza Bohusza. — – JW. JX. Tadeuszowi Kundziczowi Biskupowi Suffraganowi Trockiemu, Officyałowi Generalnemu Wilenskiemu i Kawalerowi. – Co się tycze wyboru i potwierdzenia Wizytatora lub Prowincyała Zakonu XX. Augustyanow Eremitow, tedy mi się zdaje, że Xięża Augustyanie, powinni w tey Materyi postąpić stosownie do 5. punktu Ustawy Monarszey roku 1801. z dnia 13. Listopada i Paragrafu 146. urządzenia Ministerstwa duchownych dzieł i Narodowego oświecenia Październikа 24 dnia roku 1817. gdzie wydrukowano tak: „Начальники Монаше-
„скихъ Орденовъ по избраніи ихъ установленнымъ по-
„рядкомъ, утверждаются Высочайшею властію по пред-
„ставленію Коллегіи, чрезъ посредство Министра." – Na jakowy koniec i zwracam Rapport WJX. Bijeyki Przełożonego Klasztoru XX. Augustyanow Wileńskich z innemi papierami – podpisał: M. S. Siestrzeńcewicz. – Kopiją podpisał: Za zgodność Sekretarz Zgierski. –

Juxta qd accomodando ad Nationale Decretu ano 1801. Supreme confirmatum designat Electionem Visitatoris Fratru Ords Eremitar. S. Augustini per Congressum Capituli. –

Novissime die 9. Junij recepimus Concessionem ab Illmo Eppo Luceoriensi et Zytomiriensi Gasparo Casimiro Kolumna Cieciszowski Equite Ordinum pro eodem Congressu ad Monasterium Radziechoviense – ut ibidem Copia ejus Manifestat. —— P. J. X. Przełożonemu Klasztoru Wileńskiego XX. Augustyanów Eremitow Guilelmowi Bijęyce. — Rezolucya.

Odebrawszy Raport od JWMPana pod dniem 9. maja r. b. datowany, w którym jest wyrażono: że na dzień 6. Julij mają się zjachać do Klasztoru Radziechowskiego w Dyecezyi Łuckiey położonego Przełożeni dla wybrania Prowincyała, odpowiadam: iż z ukontentowaniem dochodzi mię ta wiadomość, będąc pewnym, że na pierwszym przedmiocie Obrad WWPanów będzie chwała Boga, utrzymanie Ducha Zakonnego po Klasztorach i posługa duchowna dla ludu prawowiernego. – W takiem to przekonaniu zostając, przesyłam JWMćPanu Pasterskie moje Błogosławieństwo, i proszę naymocniey, aby Klasztory w Dyecezyi moiey będące, były opatrzone Subjektami zdatnemi, i łączącemi z nauką pobożność i skromność powołaniu swojemu właściwą. – Przekonasz się JWMćPan sam na miejscu, że Klasztory Radziechowski, Zaturzecki, i Kodniański koniecznie potrzebują zasilenia Zakonnikami zdatnimi, którzyby i powołaniu swojemu Duchownemu odpowiadali, i starali się bydź w posłudze Duchowney gorliwemi. – Ufam gorliwości JWMćPana, że wybor Kapłanów do rzeczonych Klasztorów nastąpi z prawdziwą moją satisfakcyą. – Co się tycze Kościoła Narodyckiego, względem którego objawiłem JWMćPanu myśl moją, czekać będę skutku oświadczenia, które w Rapporcie Jego wyż wspomnionym wyczytałem. – Skoro Zakonnicy będą wybrani na to mieysce, pewny jestem, że nie będzie Im zbywać na Funduszu przyzwoitym. – Jakie zaś fundusze są tego Kościoła, posyłam opisanie onych, wyjęte z Wizyty Generalney. – Dan w Łucku Dnia 9. Junij 1821.
Podpisał: X. Cieciszowski B. Ł. Z. –

Dochod roczny Kościoła Narodyckiego. –

Od Summy 25,000 Złł: na Wil Wielkiey Sarny – procentu Złł:	1,500. –
Od Summy 6000. Złł: na Kahale Narodyckim – – –	210. –
Z gruntu, jaki rozdany między Poddanych. – – –	50. –

Od Sumy 10,000. Złł: na Narodyczach, procent nie pobiera się od czasu Konfiskaty. – Jest tam i Jurydyka. –

Summa Dochodu 1760 Złł. –

Hujus Congressus aptissimum adjudicavimus diem 10. Augusti, Anni praesentis. — Quapropter Adm Rndi Patres Priores cum suis Socijs juxta Ordinis nostri Instituta — praesertim vero Prior Vilnensis cum Secretario Provinciae Rndo Patre Vincentio Jinett actuali Professore Thliae et Socio Rndo Patre Possidio Jawgiełło Magistro Novitiorũ hujus Conventus. — Prior Kaunensis cum Socio Rndo Patre Petro Simonowicz Praefecto hujus Ecclesiae. — Prior Brestensis cum Socio Rndo Patre Cantio Miatkowski Concionatore hujus Conventus. — Prior Kodniaensis cum Socio Rndo Patre Constantino Kozłowski absoluto SubPriore hujus Conventus. — Prior Zaturcensis cum Socio Rndo Patre Ludovico Kozlewicz Concionatore hujus Conventus. — Prior Radziechowiensis cum Socio Rndo Patre Basilio Zachariaszewicz SubPriore hujus Conventus. — Una conveniant pro die determinato 10. Augusti ad Monasterium Radziechowiense in Diecesi Luceoriensi et Gubernio Zytomiriensi situatum — praefati vero et destinati RR. PP. pro Socijs etiamsi absentes sub quocunq titulo modo in proprio Conventu fuissent, statim sine ulla mora a Prioribus Loci revocari pro assistendo Capitulo tenentur, ut interesse valeant. —
Caeteri vero Rndi ac Venerabiles Patres /: non tamen Clerici :/ in quolibet Conventu manentes conformiter cum Regula Sti Patris nostri et Statutis Ordinis Desideria ac Vota sua /: quidquid illis videbitur :/ maxime spectantia Commune bonum cujuslibet Monasterij in Scriptis directe ad Venerabile Capitulum via Cursoria publica singillatim transmittere possunt: attamen servando generalem Formulam

mulam de Capitulo Provinciali praescriptam sequentibus verbis: „Ne ullus Religiosus praeter praefatos Patres absq. expressa licentia a nobis specialiter concessa ad locum praedicti Capituli toto tempore durationis ejus accedire ullo modo audeat.„ sub poenis in nostris Constitutionibus 3tia parte Cap: 9. Paragr: 1. statutis.–

Cum Congregationi nostrae Electio est permissa, eo ipso eadem restituta sunt nobis Jura ac Privilegia Electionis multis annis amissa– Lucri nobis erit ex Fraterna nostra Congregatione, nec quidquam optabilius, quam id, quod perijt requirere– quod abjectum est reducere– quod confractum est alligare– quod infirmum est consolidare– quod forte est custodire.–

Idcirco Adm. RR. PP. Priores Statum suorum Conventuum quo ad Spiritualia et temporalia seu ultima acta Visitationis Generalis, uti Speculum omnis veritatis in Capitulo praesentabunt, causa recognoscendi actualis status cujuslibet Conventus et pro posse in Communi consulendi.–

Dignabuntur ergo Adm. Rndi Patres Priores adventum suum in supra definitum tempus cum suis Socijs vigore Rescripti supra citati et Concessionis expedire pro celebrando Capitulo Radzichovicz, meq. de receptione harum Litterarum certum facere– Sed quoniam Monasterium Radzichoviense est pauperculum, ideo omnes Adm. Rndi Patres Priores cum suis Socijs debent convenire pro Capitulo proprijs sumptibus, ne ullum incommodum hocce Monasterium ex Congressu Fratrum patiatur.–

Deniq. quam primum praesentes Litterae Convocationis ad

Manus–

manus cujuslibet Superioris Conventus pervenerint, statim sine ulla retardatione ad pulsum ter Campanulæ Claustri, coram Rndis ac Venerabilibus Patribus et Fratribus perlegantur et publicentur, Libroq. Conventus inserantur. — Datum in Ædibus Conventus nostri Vilnensis Anno 1821. die 9. Julij. —

Fr. Guilelmus Bijeyko Augustinian
idem qui supra Mpr.

Doszło w Kodniu d. 19. 8bra 1821. r.

Copia

In Nomine Domini Nostri Jesu Christi Benedicti Amen.

Anno Salutis Ejusdem 1821. Mense Augusto, celebrata sunt Comitia Provincialia Fratrum Eremitar: S. P. Augustini hujus Provinciae Litvanae et Volyniae in Conventu Radzichoviensi ab Adm. Reverendo Patre Guilelmo Bijeyko dicta Provinciae in Magno Imperio Rossiae Visitatore in Diem 10. Supradicti Mensis indicta. — Ad quorum effectum laudatus A. R. Pater Provinciae Visitator a Supremo Spirituali Collegio procurando licentiam eandem per Rescriptum Excellentissimi Reverendissimi Metropolitani Archi Eppi Praesidis dicti Supremi Spiritualis Collegij sub die 11. Februarij Anni currentis obtentam Universis Patribus et Fratribus per singulos Conventus ordinaria via notificavit. —

— Itaq parando praescripsimus Beneplacito Excellentissimi Metropolitani in Ejusdem Rescripto contento, nec non Dispositioni sui Visitatoris, Omnes Priores Conventuum pro designato termino Diei videlicet 10. Mensis Augusti Anni 1821. ad Conventum Radzichoviensem cum Assignatis sibi ab illo Socijs condescenderunt, Scilicet Adm R. P. Guilelmus Bijeyko Visitator Provinciae Prior Conventus Vilnensis cum Secretario Provinciae R. Pre Vincentio Gineytt Sa Thliae Professore actuali et Socio hujus Conventus Possidio Jawgiłło Mgistro Novitior: A. R. P. Martinianus Birackiewicz Prior Conventus Brestensis cum Socio Reverendo P. Joan: Cantio Miatkowski Concionatore Ordinario Bresten: Adm R. P. Leopoldus Rzyszki Prior Conventus Caunensis cum R. P. Petro Szymanowicz Praefecto Ecclesiae hujus. — A. R. P. Fulgentius Rotnasskiewicz Prior Zaturcensis Contus cum Socio R. P. Ludovico Kodzewicz Vicario et Concionatore hujus Contus. A. R. P. Ferdinandus Posteyko Prior Contus Radzichoviensis cum R. Pre

Basilio

Basilio Zacharyasewicz Vicario hujus Conventus. Adm R. P. Felix Tetmajer Prior Conventus Codnianensis cum Socio R. P. Constantino Kozlowski Vicario absoluto hujus Contûs. — Ubi congregati et signo Campanae claustralis ad locum Capituli ab eodem Adm R.do Patre Visitatore praevio sermone in spirituali zelo vocationis Religiosae praefatae observantiae ac Boni communis admoniti de omnibus recte ac ordinate in praesenti Capitulo agendis ad Electionem praesidentis accesserunt: Electusq est per vota secreta Ad. R. P. Martinianus Birukiewicz Prior Conventûs Brestensis. —

Facta ergo hujus per Adm R. P. Visitatorem Resignaone sui Officij Visitatoris Provinciae, Decem Annis vigilantissime perfuncti, sequenti die Missa de Spiritu S. decantata fuit, qua finita, dato signo per Adm R. Prem Praesidentem omnes Patres vocales paruerunt in Capitulo. — Ibidem per ballotulas electi in Judices Causarũ tres Adm R. P. Leopoldus Korycki Prior Caunensis et Adm R. P. Felix Tetmajer Prior Codnianensis, necnon R. P. Petrus Symonowicz Socius prioris Contûs Caunensis. —

Die 13. Augusti designati sunt tres Scrutatores vocum per ballotulas RR. PP. scilicet: Joan Cantius Miatkowski Concionator ordin: Bresten: — Ludovicus Kodzewicz Vicarius et Concionator Zaturcensis et Possidius Jawgiełło Mgtr Novitior: Contûs Vilni: et ab ipsis Juramento fidelitatis praestito, ad Novi Provincialis electionem processum est, atq prima electione et Scrutatione peracta: Electus fuit Sessione 4ta per vota secreta in Priorem Provincialem Adm R.dus Pr Leopoldus Korycki S. Philiae Mgter Prior Contus Caunensis — a primo Scrutatorum publicatus, processionaliterq ad Ecclesiam deductus, deosculatae Ei fuerunt manus in Signum obedientiae et tradito Ei per A. R. P. Praesidentem Provinciae Sigillo ab Eodem in Officio Provincialatus confirmatus est. — Eadem die post Nonam ad sonum Campanillae pulsatae et moris est ad Patres in Capitulo concurrerunt et processerunt ad electionem Definitorum. — Cum autem horum electio in praesenti statu Provinciae, quo ad numerũ eligendorum effectuari in difficili reperiatur.

unanimis

Unanimi consensu statutum est, pro Collegio ordinario Deffinitorum suffragari penes Adm R. P. Provincialem Consilium ex Patribus; videlicet A. R. Patre Guilelmo Bijeyko Visitatore absoluto. — A. R. P. Martiniano Birakiewicz moderni Capituli Praesidente. — et R. P. Secretario Provinciae Vincentio Gineytt. — Qui A. A. R. R. P. P. extra Capitulum agere valeant, omnia illa, quae ordinarie ad Deffinitorum pertinet. — Deinde subsecuta electio Socij Provincialis et Prioru Conventualium. Qui quidem singuli propositi, comuni omnium Patru vocatione voce sunt electi, videlicet:

In Secretariu Provinciae electus est A. R. P. Vincentius Gineytt Sae Theol: Mgster ejusdemq in Contu Vilnensi Professor. —

In Priorem Conventus Vilnensis. A. R. P. Guilelmus Bijeyko Visitator absolutus. —

In Priorem Contus Caunensis. A. R. P. Leopoldus Korycki Provincialis electus.

In Priorem Contus Brestensis. A. R. P. Martinianus Birakiewicz. —

In Priorem Contus Zaturcensis. A. R. P. Fulgentius Romaszkiewicz

In Priorem Contus Radziechoviensis. A. R. P. Ferdinandus Tołłeyko. —

In Priorem Contus Odnianensis. A. R. P. Felix Tetmajer. —

Provisio Contus Vilnensis. —

Adm R. P. Guilelmus Bijeyko Prior Depositarius Imus. —
R. P. Alipius Atutowicz Subprior Depositarius 2dus. —
R. P. Joan. Cantius Miatkowski Concionator Ordin. —
R. P. Possidius Jawgiało Mgster Novitior. Professor linguae latinae et Ceremoniaru Depositarius 3tius. —
V. P. Cornelius Balcewicz Procurator Domus. —
V. P. Augustinus Talmontt Sacrista. —
R. P. Heraclitus Hryniewicz. —
V. P. Liberatus Stancewicz. —
V. F. Sigismundus Woytkiewicz. —
V. P. Alexander Nitkowski. —
V. P. Ludovicus Rodziewicz. —
V. P. Cyprianus Czyżewski.
V. F. Alexander Łachowicz.
V. F. Felix Giecewicz. —

V. P. Maximus Zubikowicz.

V. P. Hilarius Kirowicz.

V. P. Joannes Boćkiewicz.

V. P. Alexius Dobeyko.

V. P. Stanislaus Narsiewski.

V. P. Thaddeus Paurewicz.

V. P. Simon Brodowski.

Fr. Silvester Zukowski Magister Thlic.

Fr. Paulus Diaconus.

Fr. Ladislaus Subdiaconus.

Fr. Aloysius Kibortt.

Fr. Matheus Hlatkowicz.

Fr. Cajetanus Oleski.

Fr. Thomas Hlatkowicz.

Fr. Nicolaus Sauzdrowicz.

Fr. Adamus Strostowicz.

Fr. Caesarius Pleskiewicz.

Provisio Conventus Caunensis.

Adm. R. dus Pater Leopoldus Koryzki Prior et Provincialis.

R. P. Vincentius Ginyttt Secretarius et Def. Provin.

R. P. Petrus Tymonowicz Praefectus Ecclae et Concionator Prov.

R. P. Michael Sawlitt Concionator Ordinarius.

V. P. Victorinus Bohdanowicz Concionator Lithuanus.

V. P. Apolinaris Szeremowicz Instructor Cathechumenorum.

V. P. Joachimus Kuczynski Procurator Domus.

Provisio Contus Brestensis.

A. R. P. Martinianus Birukiewicz Prior Praesidens Capituli Depos.

R. P. Eustachius Krutynowicz in absentia P. Prioris Vicarius et Depos. Sacrista.

R. P. Josaphat Kalinowski Concionator Ordinarius Deposit. 3.

R. P. Leonardus Pamierzynski S. T. Lector Emeritus.

V. Pater Leo Rukiewicz Confessarius.

Provisio Conventus Zaturcensis.

A. R. P. Fulgentius Romaszkiewicz Prior.-
R. P. Leander Wiszniewski in absentia Prioris vicarius.-
V. P. Patritius Wencewicz.-
V. P. Raphaël Skiryński.-
V. P. Dominicus Zawadzki.-

Provisio Conventûs Radziechoviensis.-

A. R. P. Ferdinandus Sołdyszko Prior.-
R. P. Basilius Zacharyaszewicz Vicarius absolutus Emeritus.-
V. P. Gregorius Myszkowski.-
V. P. Hieronymus Wiskontt.

Provisio Conventus Codnianensis.-

A. R. P. Felix Fotmajer Prior
R. P. Augustinus Gąsiorowski Emeritus.-
R. P. Constantinus Kozłowski vicarius Conv[ent]us in absentia P. Prioris.-
V. P. Ludovicus Grotkowski.-
Fr: Antonius Smitgiewicz Diaconus.-
Fr: Placidus Wirszyłło Subdiaconus.-
Frr: Bonaventura Stankiewicz Laicus.-

Jam vero quae proposita, tractata, et decisa ac ad observantiam regularem Fratribus nostris injuncta sequentia sunt.-

1mo: Ad tradenda studia in Con[ven]tu Vilnensi fratribus Clericis designatur fr: Silvester Żukowski S. T. M[agis]ter qui Lectiones de tractandas diligenter et ad capt[u]m Auditor: juxta dispositionem Patris Prioris explicare atque exponere conabitur. Profato fr: Silvestro ultimam sicut caeteris Graduatis dabit[ur]. Super studia, Instructionem Clericor: et educationem Novitior: in Con[ven]tu Vilnensi quam maxime invigilabit A. R. P. Prior localis. Cujus Paternae solicitudini circa novellas Religionis nostrae plantulas committimus omnimodam curam ac diligentiam.—

2do Singuli Sacerdotes Ord[ini]s nostri in celebratione Missarum juxta laudabilem et antiquam et antiquam Consuetudinem humerali supra Caputium imposito, ad distinctionem Sacerdotum Saecularium qui Birreto utuntur, Caput obtegere omnino tenentur.- Rasur

Rasuram pariter et Tonsuram uniformiter observari ab omnibus etiam Patribus quam fratribus volumus.–
3º In quolibet Contu Feria 4ta Resolutor Casuu assignandus a Priore Casus Conscientiae ad Mensam Patribus de familia /: qui nunquam a Mensa debent absentari :/ proponet.– Ad quorum resolutionem tam Patres de familia, quam fratres Clerici indispensabiliter obligantur.–
4to.– Stricte prohibemus, ne ullus Religiosor: sive intra sive extra Monasterium vel etiam in Capellania existens incedere more Sacerdotu Saecularium absq veste convenienti sui status praesumat.– Transgredientes aum hujusmodi praescriptum, poenis juxta Ss. Ords Constitutiones animadvertemus.–
5º Relatum est Nobis, quod pro funeralibus processionibus decantatione officij Defunctorum in nullis Contibus Religiosi saepesaepius oblatam pecuniam sibi usurpant cum damno Proventuu Sacristia quae inconvenientiae ne de caetero practicentur serio praemonemus in Dno Fratres sub onere Conscientiae, et poenis in proprietarios statutis.–
6º Prohibetur strictissime Omnibus et singulis Patribus et fratribus ne audeant absq licentia et Benedictione sui Prioris localis et socio sibi assignato extra Contum exire multo magis de uno Contu ad alium sine dispositione et litteris Obedientialibus R. P. Prioris Provincialis migrare, secus qui fecerit, subjiciatur latis in SS. Constitutionibus poenis.–
7º.– Proficiscentibus Religiosis nostris ex Dispositione Adm R. P. Prioris Provincialis de uno Contu ad alium Oriales, pro quolibet Milliari 12. asses assignantur, quas Contus a quo amovetur per dimidium cum Contu ad quem mittitur exsolvere tenetur.–
8º Quoniam debemus esse ajunt Constitu: Ords nostri p. 3. § 1. n. 1 Litteris respondere principum ac Praelator: et alior:, quorum cum omni reverentia habenda est ratio: Quapropter praesenti in Capitulo producta lectaeq fuerunt litterae Illustr. Excellentis. ac Reverendiss. Dni Gaspari Casimiri Columna Cieciszowski

3

Episcopi Dioec: Lucoriensis ac Zytomiriensis Equitis Ordinum sub diversis datis ad A. R. Patrem Guilelmum Bijeyko Visitatorem Anno 1819. d. 9. 9bris Nro 997. — 1820 d. 29. Januarij Nro 140. — 1821. d. 5. Febr. Nro 183. — Eodem anno d. 6. Aprilis Nro 505. et 9 Junij Nro 794. Luceoriâ scriptis 1. de reassumendo recipiendoq. Conventu et Ecclesia Parochiali Narodicensi. 2. Introducenda vita Comuni. 3. Clausura Regulari ubiq. observanda. — Patres in praesentiorum Capitulariter congregati sequentia quo ad singula statuerunt et deffiniverunt. —

Quo ad 1mum Maximum studium nostrum erat, ut Votis et dispositioni Illustriss. ac Rdmae Excellentiae quo ad receptionem Conventus et Ecclesiae Narodicensis satisfaceremus et provideremus ac deffiniremus Sacerdotes ad Regimen hujusce Conventus et Eccl. idoneos, sed gravissimis de causis praecipue autem cum sit adeo exiguus numerus Sacerdotum in Ordine nostro, et vix sufficiat pro sustinendis Conventibus hic et nunc existentibus ad effectum id deducere non potuimus. —

Quo ad 2dum A primordijs existentiae nostri Ordinis in his Regionibus, Vita Comunis, quo ad victum observabatur, uti eadem nunc observatur: Quod vero ad Vestiarium varie providebatur Religiosis: Tandem in Capitulo Provinciali 1773. anno designata est in certa Quota pecuniaria provisio ad comparandas vestes. Quam Capituli Ordinationem cum caeteris illius Capituli Statutis approbavit Reverendiss. totius Religionis nostrae Prior Generalis Franciscus Xaverius Vazquez Romae d. 1. Augusti 1773. anno. Et iste mos suppeditandi cuilibet Religioso pro vestibus comparandis certam in annum pecuniae summam ad nostram usq. durat aetatem et nunc practicatur. Verum quia potestas Ecclesiastica vigilans in bonum Religiosae disciplinae, hunc modum Vitae Religiosorum minus perfectum animadvertit et non solum et non solum Communem victum sed etiam amictum in omnibus Conventibus introducendum serio mandat. Porro tantum Opus a multis annis in desuetudinem missum, quasi de novo erigere repente absq. praevia mediorum comparatione, et matura illorum discussione difficile et impossibile foret; ideirco praesens Capitulum partium suarum duxit obligare omnes Priores Conventuum hujus Provinciae, quatenus praerequisita ad exequendam mentem Legum, et Ordinariae potestatis

Dispo-

Dispositiones, in hunc finem eligant et meditentur. – Antequam eò ad effectum tam salubrium sanctionum deveniatur: Renovamus Vestigium Disciplinae Rligiosae antiquitus in hac Provincia observatum ut singuli tam Sacerdotes quam Fratres Clerici Ordinis nostri Professi Resignationem sui peculij quotannis in Scorsiva Charta fideliter specificentq et propria manu subscriptam ac obsignatam in manus sui prioris Localis deponant sub onere Conscientiae injungimus. –

Quo ad 3um. Clausura Regularis juxta Sanctionem Sumor. Pontificum et Decreta Concil: Trid: ab Illustrissimo loci ordinario Equite Ciecierzewski recomendata, a RR. PP. Provincialibus et Visitatoribus tempore visitationis multoties praecustodita, ut in omnibus Conventibus nostri Instituti indispensabiliter observetur, strictissime obligamus. –

9o. Porrectae etiam sunt in Scriptis litterae Illmi Michaelis Korzeniewski actualis Consiliarij Status Equitis, quibus petit, ut numerus ad minimum Sex Religiosorum in Conventu Rodnianensi juxta fundationem augeatur: annuendo justae huic petitioni Illustris: Collatorum, Capitulum Modernum declarat; quamprimum noviter erigendum Monasterium et Ecclesia perfecta fuerit. – Sacerdotes ad sua munera rite obeunda, idoneos mittere et suppeditare. – Nunc autem duos Clericos (: qui quotidie choro et Divinis interesse teneantur :) ad hocce Monasterium deputat de Conventu Vilnensi mittendos hic collocandos: – Unum scilicet Diaconum fratrem Antonium Smilgiewicz Alterum Subdiaconum Fratrem Claudium Wierzytło: Quos A. R. P. Felix Petmajer Prior localis in litteris Status Spirituali competentibus erudire non dedignabitur, et ut ad reliquos Ordines promoveri et ordinari possint, instruere sedulo curabit. –

10. Lecta et discussa fuit Epistola Perillustr: M. Dni Werbski die 7. Augusti anni currentis ad Capitulum directa, qui in provecta existens aetate exoptat, quatenus in Conventu Zaturcensi ad vitae usque suae exitum Collocari atque manere possit – In hunc finem praefatus M. Dnus Werbski Eidem Conventui Zaturcensi Florenos Polonicarum 3 millia pro sui sustentatione inscribit et offert. – Quam petitionem praevia exsolutione Summae supradictae ad manus Prioris localis Capitulum in sua extensione approbat et acceptat. – Simulque praefato Priori Conventus Zaturcensis injungit, ut

hujus

hujusmodi Summa in Fabricas Eccl[ae] et Monasterij, n[on] vero ad alia negotia expendatur.

11[mo] Summam c[irc]am 1000 florenor[um] polonical[ium] huicce Conventui Zaturcensi oblatam et inscriptam a p. M. Genovefa Francisca Trzaskowska cum obligatione absolvendar[um] quotannis 12. Missar[um] lectar[um]. Praesens Capitulum decernit ac acceptat; dummodo A. R. P. Prior Zaturcensis Fulgentius Romaszkiewicz, super Bonis certis et n[on] oneratis eandem in Censum juxta Imperij Statuta collocet, et omnibus de Jure servatis servandis roboret.

12[mo] Tandem cum Patres dicij R.R. P.P. Prior[um] vocati ad hoc Capitulum, in eodem cum voce omnibus electionibus et caeteris actibus adstiterint, quatenus id sibi justo honori reputent, et ut praeviam certam Spensionem futuror[um] Graduu[m] in Ordine nostro pro suis meritis praesens Capitul[um] Eosdem esse curat.

— Haec decisa et Statuta in praesenti Capitulo D[omi]num Vobis A.A. R.R. P.P. et fratres significamus, recom[m]endamus c[irc]um orationibus vestris Sanctissimum Patrem Pium Papam VII. cum tota Hierarchia S[anct]ae Romanae Catholicae Eccl[ae]. Augustissimum Imperatorem D[omi]num Clementissimum Alexandrum Pawlowicz cum tota Serenissima Imperiali Familia. Benefactores item et Confratres Nostros in genere et in singulari Memores esse cunctos volentes proprimis Defunctor[um] Suffragari Animabus et quidem fratrum nostror[um] elapsis annis Mortuor[um] E. A. R. P. M[agis]tri Davidi Winz Prioris Conv[en]tus Camenensis Exprovincialis. A. R. P. Josaphat Harewicz Prioris Conv[en]tus Brestensis. R. P. Facundi Lawkiewicz. V. P. Theophili Kurlanski. R. P. Benedicti Witkiewicz Supprioris Conventus Cameneosis. R. P. Justi Bernatowicz. V. P. Zephirini Gradzki. V. P. Venceslai Butkiewicz. Perillustr. M. D[omi]nor[um] Josephi et Catharinae de Wasowiczys Szumanskich Judicum Districtus Wlodimiriensis Confratr[um] Ordi nostri. Illustriss. D[omi]ni Thomae Wydzga Succamerarij Haliciensis Generalis Majoris Terrae Chelmensis. Perillustr. M. D. Sophiae Kotyszkowna Thesauratr. Distr. Lidensis. Spectabilium Thomae et Catharinae Pawlowskich Incolar[um] Civitatis Vilnensis.

M. D[omi]no

Mag: Dnor: Thadei et Theclae Zwalinskich Judicis Districtus Zytomiriensis — M. Dni Dionysii Lachowski Subdelegati Terrae Drohicensis nennon Consortis ejus M. D. Franciscae Lachowska Subdelegatricis Drohycensis — Item perillustris A. R. Dni Antonij Wolenski Canonici Cathedralis Zytomiriensis Praepositi Budyczoviensis — Illustris M. Dni Constantij Drosowski Subjudicis Vlodimiriensis Benefactoris Conventus Zaturcensis — Illustris M. Dni Antonij Kowtorawski Confratris Ordis nostri et Collatoris Conventus Zaturcensis. — Illustris M. Dni Stanislai Henkie Praefecti Exercitus olim Poloni insignis Benefactoris Conventus Codnianensis — Item G. D. Andreae Kaznowski Judicis — G. D. Vincenij Kaznowski — G. D. Michaelis Gruszecki Confratrum Ordis nostri — Locus pro futuro Capitulo celebrando Conventus Brestensis designatur. —

— Praeter haec monemus Priores omnium Conventuum ut praesentem Processum omnibus Patribus et Fratribus ad sonum Campanulae Claustri Capitulariter congregatis legant, publicent, atque in Libro Conventus sine Mora inserere curent, post publicationem vero quantocius Via Cursoria indispensabiliter ad alios Conventus remittant — Bene valete. — Datum Radziechoviae sub tempus Capituli Provincialis Anno 1821. Die 20 Augusti — O. S.

Frater Martinianus Birukiewicz Augustinianus Praeses Capituli Radziechoviae Celebrati mpr. — Fr. Leopoldus Korycki Provincialis electus mpr. — Fr. Guilelmus Bijeyko Absolutus Visitator mpr. — Fr. Fulgentius Romaszkiewicz Augustinianus mpr. Fr. Ferdinandus Tołłeyko Augustinianus mpr. — Fr. Felix Petrower Augustinianus mpr. — Fr. Possidius Jawgiełło Augustinianus mpr. — Fr. Petrus Symonowicz Augustinianus mpr. Fr. Joan: Cantius Miatkowski Aug: mpr. Fr. Ludovicus Kadziewicz Augustinianus mpr. Fr. Constantinus Kozłowski Aug: mpr. — (L. S.) · Nostri Muneris affixo Sigillo Fr. Vincentius Ginett Aug: Secretarius. — Fr. Martinianus Birukiewicz Aug: Praesidens Capituli Provinciae mpr. — Ego infrascriptus testor supradicta acta Capituli Provincialis Radziechoviae celebrati cum Authentico seu originali concordare. — Fr. Vincentius Ginett Augustinianus Secretarius Provinciae mpr.

106

Via Cursoria sic dirigitur - Radziechoviae, Brestae, Zaturcij, Kodnae - Vilnae - Caunae, ibiq manseat.

Doszło Roku 1822, Dnia 27 Lutego

od

Prowincyała XXy Augustynianów Eremitów Leopolda Koryckiego

do

Przeora Klasztoru Kodniańskiego JX. Felixa Tetmajera

Otrzymałem z Peterzburga potwierdzenie na Urząd Prowincyała [:] które tu w Kopii dołączam [:] i na ony 31. Xbra roku zeszłego w Konsystorzu Wileńskim przysięgę wykonałem. Razem też otrzymałem zalecenie z Kollegium, a to na żądanie JW Biskupa Cieciszowskiego, abym jako wszyscy Prowincyałowie, zbieraiąc z Klasztorów całey Prowincyi składkę na Główne Seminaryum, wnaszał ratami w terminach przepisanych do tegoż Seminaryum, a Kopie Kwitów poświadczone przy raporcie odsyłał do Kollegium. - Przeto raczysz W. Ks. P. tego porządku pilnować, do mnie prosto do Kowna odsyłając anticipative, to jest w Styczniu [:] który i dopiero zalega z Klasztoru Kodniańskiego [:] i w lipcu. Wymówkę także odebrałem od JW Biskupa Cieciszowskiego, że dotychczas nie przysyłałem Rejestr Zakonników w Jego Dyecezyi mieszkających, z roku 182 według Schemmatu od niego dawniey podanego, proszę zatem W. K. P. mnie przysłać takową Schemme, o którey zapewne wiedzieć musisz, razem też wiadomość lat wieku, powołania i Kapłaństwa Zakonnikom Klasztoru Kodniańskiego, gdyż jak nayprędzey JW Biskupowi odsyłać. Datt w Kownie 1822 roku Lutego 16 dnia - X. Leopold Korycki Prowincyał

Tłomaczenie z Ruskiego

Ukaz Jego Imperatorskiey Mości Samowładnącego Całą Rossyą z Rzymsko-katolickiego Duchownego Kollegium 1º Departamentu, Prowincyałowi Zakonu XX. Augustynianów Eremitów Leopoldowi Koryckiemu. Według Ukazu Jego Imperatorskiey Mości, Departament niniejszy

wyda-

wysłuchawszy przedłożenia JO. Xięcia Ministra Spraw Duchownych i narodowego Oświecenia Kawalera Mikołajajewicza Alexandra Golycyna — w którym wyrażając: że Jego Imperatorska Mość oświadczył Nayważszą wolę na utwierdzenie WMści Prowincyałem Zakonu XXżj Augustynianów. — O takowey nayważszey Woli JO. Xiążę przekłada Kollegii dla należnego rozporządzenia. — Roskazali — O takowey Nayważszey ~~Woli JO~~ Approbacie WMści Pana Prowincyałem Zakonu XX. Augustynianów posłać WMPanu Ukaz z powrótem znaydującego się w Kollegium attestatu autentycznego; Jakowemi dać wiedzieć wszystkim Dyecezalnym Biskupom, Administratorom Dyecezalnych i Konsystorzom Mohilewskiemu i Wileńskiemu. Rku 1821. 9bra 15 Dnia. Autentyk podpisali: Assessor Łucki Kanonik Mamert Herburt. — Sekretarz Piotr Trofimowicz.

Zgodno z Originałem X. Leopold Koryćki Prowincyał Aug.

Fr. Leopoldus Koryćki Sacrae Theolae Magister Ord. Eremitar. S. P. Augustini per Lituaniam et Volyniam Prior Provincialis. Adm. Reverendis Venerandis ac Venerabilibus Patribus et fratribus —

Salutem in Dno. —

Superna Ordinaonis arbitrio factum est Patres et fratres Honorandissimi et qd nunquam desiderare poteram, hoc fatorabili voto vestro Kodziehovie ad Aedes S. Michaelis Archangeli in Capitulo ~~generali~~ commissum munus Provincialatus et ab Augustissimo Imperatore totius Rossiae Alexandro 1o confirmatum, non sine moerore suscepimus. Propterea ipsa suscepti muneris ratio postulat, ut cum primo Ordini nostro Praepositi simus paternam solicitudinem nostram Nobiscum Patres et Fratres Honorandissimi communicemus. — Certe nihil magis in ipso exordio Regiminis

Regiminis nostri desideramus, quam vestram vigilantiam, cum quibus et nostri ~~offi~~ muneris officia pertinet, et eadem quae vos hujus institutione videramus. Quemadmodum enim disponente Providentissimo ac Supremo Numine Capitis Membrorumque conjunctio, ita hominem componat, ut neque caput absque adminiculo membrorum, neque membra absque directione capitis quidquam proficiant. Sic Coetus hominum praesertim Religiosorum absque mutuo juvamine, auxilio et subordinatione, nequaquam Ordinem qui regimine virtute et morum sanctitate resplendeat constituere possunt. Unitaque eidemque fini intenti, una eademque vocatione congregati pari lege regulisque instituti, pari studio et alacritate in stadio vocationis nostrae curramus. Decet enim nos expeditos esse, ut eo omne studium talentique dona unusquisque conferat, quo pro qualitate officii sibi impositi Obsequij, ratio majorem Animi fervorem requirit. Mirum! dicitis an non sit nostrum tam impensum studium, tam assiduus labor, tam indefessa cura ut quamdiu in hac valle miseriae vivimus, omni suo opere virtutem sectemur. absque solerti industria veram Religiosi hominis perfectionem acquiramus, praesertim cum ejusmodi diligens exercitium ad efficacius totiusque consequendam salutem sit nobis demandatum a Dno. Nemo est sane nostrum tam invidus felicitati suae, qui primum, quod solis injustis minatur Deus totus non perhorrescat, sicuti certe nemo est, qui alterum, quod Numen propitium pollicetur justis non sibi optet ex Animo, et ad majorem hic inde in prosequendis virtutibus non adspiret profectum. Qui peccatum non facit, non est inventus dolus in ore ejus, dicit aeterna Sapientia Xtus Dnus secundum testimonium Divi Apli Petri. Nescit ipse falli nec nos fallere potest. Quid igitur jucundius cogitari poterit, quam tali proficere Magistro? Ejusque exempla sectari, qui

ideo

ideo venit in Mundum, ut quemadmodum ipse fecit, ita et nos faciamus, et exinde imaginem suam multo præstantissimam vitæ suæ vivis adumbratam coloribus nobis reliquit: hæc veri Salvatoris imago relucet perfecte in Evangelicis Consilijs, quæ nos vocante supremo Legislatore in Statu Religioso ita amplexi sumus, ut ad ea servanda solemni professione adjecta, tanquam præcipua vocationis nostræ capita observemus. Felix procul dubio conditio vovere et reddere vota Deo, misera conditio vovere Deo sed promissa n̄ implere. Cum enim fallaces hypocritas Mendacesq homines detestamur, nostro nos judicio judicamus, non minoris Odij reatum incurrere apud Deum, hominem Mendacem, quam fallacem hypocrytam hominibus exosum esse. Quapropter mementote, Patres et Fratres honorandissimi Deum irrideri non posse. - Mementote gravissimi Moniti Dñi nostri Jesu Xsti, qui salutem vestram in perseverando consequendam dixit: <u>Qui perseveraverit usq ad finem, hic salvus erit.</u> Quid est autem perseverare, nisi vocationis suæ promissa ad extremum usque diem fideliter adimplere. - Agite igitur unusquisq in gradu vestro quæ vestri sunt Officij. Priores verbo et exemplo commissa vobis familiæ præcedite, monete, rogate, obsecrate, increpate transgressores, vobis enim reddenda est ratio animarum, quas tum pravo exemplo, tum incuria perire feceritis. Inferiores vero contendite non præceptis tantum statutisq obsequi, sed etiam monitis nutuiq obtemperare. Neminem credo a fine vocationis suæ aberrando persistere velle, neminem abjecta omni cura profectus et virtutis in deteriora quotidie prolabi, nisi pessimum quemquam probitatis simulatorem. Quare si quidquam tale contingat, Priores locorum seriæ emendationi subjectos moneant, et arguant, nec revereantur, cum minus proficiant monita, poenarum rigore delinquentes subjicere. Nam correctioni obnoxij non jis qui præsunt, sed sibi imputare debent, si tamquam petulantes pueri castigari mereantur. - Non immemor itaq regulæ constitutionibusq nostris sancitum esse, ut singuli Conventus quotannis visitentur, qua propter per præsentes litteras

Innotescem=

Innotescentialis annuntiamus vobis de proxima futura visitatione. Ne vero notitia illarum quemquam lateant, faciant Priores locales omnibus capitulariter perlegere, libro Conventus ingrossare, ac ad viciniorem Conventum via Cursoria transmittere. Dedimus in Conventu nostro Caunensi 28. die Mensis 7bris Anno Dni 1822. Fr. Leopoldus Korycki Provincialis.

Fr. Gelasius Kiurowicz aug pro Secretario.

Visitatio Conventus Codnianensis A° Dni 1822. die 31. 8bris expedita.

Fr. Leopoldus Korycki Ordinis Eremitarum S. P. N. Augustini per Lituaniam, et Volhyniam Prior Provincialis.

Officio Nostro fungentes venimus ad hunc Conventum nostrum Codnianensem pro visitatione, in qua peractis omnibus de iure, et consvetudine peragendis, nec non cognito statu tam interno, quam externo, vidimus conatus, ab A. R. P. Priore moderno, circa divina rite administranda adhibitos, Organum reparatum, Lampadem coram divinissimo Eucharistiae Sacramento diu, noctuq ardentem, conservatam; disciplinam tamen religiosam nondum plenarie restitutam, et ordinationes nonnullas praetermissas: ideoq iudicavimus in Domino revocanda in memoria ad observandum sequentia.

1° In exemplari zelo, ac solicitudine proficiendo, nec inchoatum opus deserendo, invigilabit ARP. Prior, ut pro exercitiis spiritualibq, utpote: meditatione, horis Canonicis, ac Oratione serotina, praevio signo campanulae dato hora competenti, omnes legitime non impediti ad Ecclesiam, hiemali vero tempore ad locum ab ARP. Priore designabilem in unum convenientes, cum summa devotione in communi DEO debitas laudes persolvant, lectioni ad mensam, aut conferentiis ab eodem ARP. Priore instituendis attenti sint. — Signum silentii non omittatur. —

2° Praedicatio verbi divini, et eruditio plebis in doctrina catholica cum sit praecipuus actus Religionis, ac obligatio gravis Sacerdotum, per impositionem manuum accepta, ne igitur recipiamus in vanum DEI gratiam, constituti in vinea Christi operarii, inutiles ab Ipso in die iudicii ne inveniamur, satagendum nobis est, ut iuxta mensuram talentorum operaremur: unde optamus ut omnes Patres in hoc conventu degentes singulis diebus Dominicis et festivis per explanationem S. Evangelii simplici modo ad captum audientium alternatim praedicent. — ARP. Prior dignabitur iis Patribq quos iudicaverit indigere instructione, iniungere, ut scriptos sermones pro correctione ad se asservant, ordinemq praedicandi inter Patres instituet. — Sermones vero a Patribus pronuntiati ad mundum scripti, Nobis in futura visitatione praesentabuntur. —

3. Magnum detrimentum in personis religiosis, praesertim iuvenibq provenire ex diuturna commoratione extra septa monasterii experientia docet.

experientia docet. Idcirco obsecramus in Dno ARP. Priorem ut emergente necessitate mittendi de familia huius conventus ad obsequium spirituale alicujus Ecclesiae diu morari eidem personae in uno loco non permittat. — Mittendos vero Patres in conscientia obligamus, ut suae professionis habitu semper sint induti, et nullibi sine caputio, et cingulo comparere audeant, multo magis vestibus more sacerdotum saecularium consutis vestiri, ac negotiis temporalibus se immiscere. — Quoniam Vicarii munus est vices gerere ARP. Prioris in ejus absentia, ac in omnibus negotiis monasterii tum internis, tum externis ipsum iuvare, decernimus non esse obligandum ad obsequium alienarum Ecclesiarum RP. Constantinum Kozlowski Vicarium hujus conventus a Capitulo designatum.

4. Vota quae promisimus DEO, si debite serventur, fiunt aeternae beatitudinis aeternae fundamenta, Ecclesiam Christi aedificantia exempla, et unicum solatium in agone extremo religiosi hominis, qui ab initio vocationis suae mortuus mundo, securus relinquit sarcinam carnis, accepturus mercedem Ipsum DEUM summum bonum. — Vivere sine proprio, essentialis obligatio cuiuslibet Religiosi. — Necessitatibus nostris suppeditantur quaedam, alia vero permittuntur usui simplici, sed semper ad nutum Superiorum amovibilia. — Ne igitur desertor sanctae religiosae paupertatis quis inveniatur, statutum in capitulo provinciali immediate celebrato, ut singuli Religiosi nostri quotannis Registra omnium rerum in usu cuiuslibet existentium, fideliter conscriptum, in manus sui Superioris deponant, ac resignent. Hoc autem non effectuatum invenimus. — Ideo ut primis diebus mensis Januarii anni sequentis 1823. adimpleatur obligamus Omnes Patres huius conventus. —

5. Dolendum nobis venit non exacte observari in hoc monasterio Clausuram, quae ponit obicem destructioni, puritatem conscientiae fovet, bonum Christi odorem idest: bonam famam Religiosorum Ordinum conservat: illa autem deficiente flocipensio Status nostri diversaque alia mala sequuntur. — Per viscera misericordiae DEI obsecramus ARP. Priorem, ac alios Patres hujus conventus, ne permittat violare religiosam observantiam in gravissima materia. — Refectorium aestivum / sic vocata cela extra portam Claustri / sit destinatum ad recipiendos honestos, ac utiles monasterio hospites. Porta vero secunda sit clausa,

6. Accepimus a Vobis Dilectissimi in Christo Patres! multa Beneficia huic conventui praestita ab Illmis Fundatoribus loci hujus haeredibus. — Experti sumus benevolentiam summam in sustentatione nostri tempore hodiernae visitationis. — Omnium etiam extraneorum oculis non latet propensitas ergo DEUM, et ex intuitu Ipsius, erga Religionem nostram: Parietes enim Ecclesiae, et monasterii, qui de lapidibus sumptu ingenti ab Illustrissimis Fundatoribus eriguntur, omnimodam gratitudinem a nobis praestandam, invitant. Praecipimus ergo ut specialem Venerationem Illmis Fundatoribus omnes, ubique exhibeatis: insuper pro felici successu, ac faustissima incolumitate, Theclae, Michaelis, Stanislae, in quotidiano Missae Sacrificio memoriam habeatis. —

7. Diversarum Virtutum nutrix sobrietas dicitur in scripturis: contraria

vero —

vero generat ebrietas. Ad nullum opus idoneum reddit, lumen rationis attenuat, vitam abbreviat, gratiam DEI expellit, et hominem a beatitudine æterna excludit teste Apostolo„ neq ebriosi regnum Dei possidebunt„ Quantum fragilitas nostra permittet obviantes huic vitio enormi, monemus Vos Patres Amantissimi! auferte hoc malum de medio vestri, et tanquam pestem cavete inebriationem. — Quotidie legitis in Officio divino monitum Apostoli„ Fratres sobrii estote et vigilate, quia adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit „quaerens quem devoret„ quotidie renovate proposita abstinendi a nimio potu et quotidie invocate auxilium Dei. —

8. Sancitum Nostris Sacris Constitutionibus Par. 3. cap: 22. et in moderno status legibus civilibus cautum, ut duo depositarii subscribant registra tam expensarum, quam perceptarum, et ut sit arca non una clavi observanda prope cumulati deposito. — Obsecramus ergo ARP. Priorem ut introducat in hoc monasterio huiusmodi depositum, et subscriptionem quovis mense Registrorum. Item bonum regimen postulat habere registra oeconomica frumenti seminati, collecti, et expensi, multoties a praedecessoribus nostris postulatum fuit, nos etiam ab ARP. Priore optamus, et speramus quantocius praestandum. —

Demum Amantissimi in Christo Patres, et Fratres satagite proficere in mutua fraterna charitate, erga suum immediatum superiorem in alacri obedientia, debitaq reverentia. — Otium, inutilia colloquia, vitare conamini, sed Oratione, scriptione, aut lectione librorum utilium, aut alio opere aliquo occupamini. — DEUS autem pacis, et charitatis ut adaugeat in Vobis suam gratiam, confirmetq in eo, Et toto affectu cordis nostri optamus, ac precamur. — Valete in Domino ac pro Nobis, et felici successu Provinciae nostrae DEUM exorate. — Dedimus in Conventu nostro Lomnianensi Anno Dñi 1822. die 31. Decembris. —

Fr. Leopoldus Korycki Aug Provincialis —



Visitatio Conventus Codmanensis Anno Domini 1824 die 30 Junii. –

Fr. Leopoldus Korzycki Ordinis Eremitarum S. P. Augustini per Lithvaniam et Volhyniam Prior Provincialis. –

Descendentes ad hunc Conventum nostrum Codmanensem ex officio muneris nostri pro peragenda visitatione lustrantesq utrumq ejus statum, tam spiritualem quam temporalem, nihil innovandum judicavimus, vobis in tantum revocamus mentem Patres et Fratres Charissimi visitationem nostram praeteritam – Specialiter autem cum modo sufficiens sit numerus Religiosorum in hoc Conventu adeoq preces Canonicae tam mane cum Oratione mentali, quam Vespere Choraliter in Ecclesia debent recitari. Clausura jam in hoc novo Monasterio strictissime servanda est atq ingressus Feminarum prohibetur praeter Illustrissimam Fundatricem et cum Ea venientibus personis. Illustrissimis Fundatoribus ac Singularibus Benefactoribus nostris, specialem exhibeatis reverentiam, multo magis cavete eos offendere, quemadmodum nuper temere laeserunt illos nonnulli Sacerdotes hujus Conventus.

Demum –

Demum singulariter recomendamus omnibus et singulis mutuam, veram et non fictam Charitatem fraternam. Bene interim in Domino valete ac pro nobis, felicique successu Provinciæ nostræ Majestatem Divinam exorate. In quorum fidem, præsentes manu propria subscribimus et Sigillo Provinciæ nostræ communiri fecimus. Dedimus in Conventu nostro Podmanensi sub tempus visitationis secundæ – Anno Domini 1824. Mensis Junii 30. die. —

Fr. Leopoldus Korycki Augustinianus Provincialis

Venit Codniam. d. 13 Augusti:

Litteræ Convocationis.

Fr. Leopoldus Korycki, Ord. Eremitarum S. P. Augustini per Lithvaniam et Volhyniam Prior Provincialis.

Adm. Rndis ac Venerabilibus, Patribus et Fratribus totius Provinciæ Nostræ Ejusdem Ordinis ac Voti. Salutem in Domino.

Obtenta permissione à Collegio Romano Catholico data die 8va Mensis Junij sub No. 595. anni currentis super Celebratione Capituli Provincialis in Conventu Brestensi – tenore Præsentium Nostriq. Muneris Authoritate, Certiores facimus Omnes Patres Provinciæ nostræ Qualiter die 10. Mensis Septembris Anni Currentis 1825. Celebrandum erit Capitulum Provinciale in Conventu Nostro Brestensi. Volumus autem ut ibi Patres Priores, juxta Ordinis Nostri Constitutiones, personaliter compareant cum Sociis suis, scilicet: Prior Caunensis cum Secretario R.P. Michaële Saulitt, et Socio R.P. Cypriano Czyżewski. Prior Vilnensis cum Socio R.P. Possidio Sawgietto Magistro Novitiorum. Prior Brestensis cum Socio R.P. Cantio Miatkowski, Concionatore hujus Conventus. Prior Zaturcensis cum Socio R.P. Dominico Zawadzki. Prior Badziechoviensis cum Socio R.P. Hieronymo Weiskont. Prior Codnianensis cum Socio R.P. Raphaële Skierzynski. Ad quod Capitulum Omnes præfatos Patres per has Litteras convocamus et congregari mandamus, Quatenus pro hac die conveniant in prædicto Conventu Nostro Brestensi, ut Omnibus Electionibus in eo peragendis interesse Valeant. Alios verò quosvis Patres ut eodem accedere non dedignentur in Domino hortamur ac monemus. – Præcipimus tamen in Virtute S. Obedientiæ et sub pænis in Nostris Sacr. Const. statutis P. 3. c. 9. ne Ullus Religiosus præter præfatos Patres, ad locum prædicti Capituli accedere audeat. Demiq. Volumus ut quamprimum præsentes Litteræ ad manus cujuslibet Prioris Conventus pervenerint perlegantur Patribus et Fratribus ac Libro Conventus inserantur. Dedimus in Conventu Nostro Caunensi Anno Domini 1825. Mensis Augusti 1. die. – Fr. Leopoldus Korycki Aug. Prov.

L. S. Fr. Michaël Saulitt pro Secretario

In Imperio Suæ Imperatoriæ Majestatis Alexandri Primi Imperatoris et Authocratoris Totius Rossiæ — etc etc etc. Domini Nostri Clementissimi —

In Nomine Domini Nostri Jesu Christi Benedicti. Amen.

Annô Domini Millesimô Octingentesimô Vigesimô Quintô, Mensis Septembris die Decimâ, cum Consensu Collegii Romano-Catholici, Annô currente die Octava Mensis Junij sub N^ro 575. dato, Celebratum est Capitulum Fratrum Eremitarum S. P. Augustini Provinciæ in Imperio Rossiæ existentis in Conventu Brestensi indictum ab A. R. P. Leopoldo Koryzki Provinciali; ad quod convenerunt Patres vocem habentes, videlicet: A. R. P. Leopoldus Koryzki Provincialis Prior Caunensis cum Secretario R. P. Michaële Saulitt atq Socio R. P. Cypriano Czyzewski. A. R. P. Guilhelmus Bijeyko S. T. B. Prior Vilnensis Consultor primus, cum Socio R. P. Possidio Jawgiello Magistro Novitiorum. A. R. P. Martinianus Birukiewicz S. T. B. Prior Brestensis Consultor Secundus, cum Socio R. P. Cantio Miatkowski Conservatore. A. R. P. Fulgentius Romaszkiewicz Prior Zaturcensis, cui Substitutus est Socius R. P. Eustachius Krutynowicz. A. R. P. Felix Tetmajer Prior Codnianensis cum Socio R. P. Raphaële Skierszynski. A. R. P. Ferdinandus Toteyko Prior Radzichoviensis cum Socio R. P. Hieronymo Wiskontt. Atq peractis omnibus juxta Sacras Nostras Constitutiones peragendis; Die Duodecimâ Ejusdem Mensis Septembris, Sub Præsidentia A. R. P. Martiniani Birukiewicz S. T. B. Reelectus est in Provincialem hujus Provinciæ A. R. P. Leopoldus Koryzki S. T. Magister Votis Octo. Necnon a primo e tribus Scrutatoribus juratis præsentis Capituli nempe R. P. Possidio Jawgiello vota publicatus ac alia omnia id pertinentia non omissa. Præterea Patres habuerunt Suffragia, Nempe: A. R. P. Felix Tetmajer Suffragia tria. A. R. P. Guilhelmus Bijeyko Suffragium Unum. A. R. P. Ferdinandus Toteyko Suffragium Unum. — Præsentem Actum Subscribimus. —

Fr. Martinianus Birukiewicz Augustinus Præsidens Capituli Brestensis
Fr. Guilhelmus Bijeyko Augustinianus. Ex Visitator Prior Conventus Vilnensis
Fr. Pater Felix Tetmajer Augustinianus Prior Codnianensis.
Fr. Fulgentius Romaszkiewicz Prior Zaturcensis Augustinianus
Fr. Ferdinandus Toteyko Augustinianus Prior Radzichoviensis.
Ita est Fr. Possidius Jawgiello Augustinianus Scrutator Capituli.
Ita est Fr. Joannes Miatkowski Aug. Scrutator Capituli.

Fr. Hieronymus

Fr. Hieronymus Wiskont Augustinianus Scrutator.
Fr. Michaël Saulitt Secretarius Provincialis, Augustinianus.
Fr. Eustachius Kuntynowicz, Discretus Capituli Brestensis.
Fr. Cyprianus Brzezenski Discretus Capituli Brestensis.
Fr. Raphaël Skiewszynski Discretus Capituli Brestensis.

Eodem die more Solito congregata est Sessio Altera, in qua de Deffinitoribus agendum erat. Considerato autem presenti Statu Provinciæ quo ad Numerum Personarum insufficientem pro instituendo Deffinitorio juxta prescriptum Nostrarum Constitutionum, Unanimi omnium Patrum Vocalium supra expressorum consensu; statutum est eligendos esse quattuor Consultores ad latus ARP. Provincialis. Et quidem unanimi etiam consensu designati sunt ARP. Guilhelmus Bijeyko S.T.B. - ARP. Ferdinandus Soteyko - RP. Possidius Jawgiełło, RP. Joannes Cantius Mistkowski. Qui Adm. Rndi P.P. omnes, aut adminimum duo illorum unà cum ARP. Provinciali extra Capitulum agere valeant omnia illa quæ ordinariè ad Deffinitorium pertinent. —

Ratione diei Dominicæ in crastinum sequentis, dilata fuit sessio ad diem decimam Quartam mensis ejusdem Septembris; in qua convenientes Capitulantes omnes ARndi Patres, contestati sunt, Antecato triennio Reelecti ARP. Provinciali, Vigilantiam prudentiam in agendis ac Boni Communis in Spiritualibus æque temporalibus Zelum, simulque etiam advertentes quædam Negotia Conventuum non parvi momenti ab ARR. Patribus Prioribus in præcedenti Capitulo Electis incepta, utilius per Eosdem ad finem deduci nec facile per alios continuari posse; ideo unanimiter statuerunt Eosdem ARndos P.P. Priores, absque nova Electione fungi Officio debere, quousque adhibito saltem duorum Consultorum ~~Off~~ judicio, bene Visum fuerit ARP. Provinciali in presenti Capitulo Reelecto, cujus prudentiæ Institutionem Priorum commiserunt, Similiter designationes Officialium in Conventibus, in Deffinitorio eligi solitorum, Paternæ Ejus curæ concredidenunt. — In Secretarium Provinciæ Electus consensu omnium RP. Michaël Saulitt. —

Ponuntur Singulorum Conventuum provisiones ad præsens

Provisio Conventus Vilnensis. ARP. Guilhelmus Bijeyko Prior. Depositarius 1mus RP. Alipius Altutowicz Supprior Depositarius 2dus RP. Josaphat Kalinowski Concionator Ordinarius. RP. Possidius Jawgiełło, Magister Novitiorum Professor Grammaticæ linguæ Latinæ et Ceremoniarum. Depositarius 3tius. RP. Gelasius Kiezowicz

Kierowicz Professor. R.P. Ladislaus Gineyt Professor Theologiae. — V.P. Cornelius Balsewicz. V.P. Liberatus Stankiewicz. V.P. Sigismundus Woytkiewicz. — V.P. Alexander Niskowski. V.P. Ludovicus Kodzewicz. V.P. Alexius Dobeyko. V.P. Stanislaus Nowicewski — V.P. Thadeus Pauzewicz. V.P. Simon Brodzinski. V.P. Paulus Neff. V.P. Mathaeus Jttakowicz. V.P. Nicolaus Sawzdrowicz. V.P. Mathias Massewicz. — Fr. Cajetanus Oleski Diaconus. F. Stephanus Kopytowski Diaconus. F. Adamus Strapowicz Subdiaconus. F. Simplicianus Dauksza Subdiaconus. F. Justinianus Szlagiewicz Subdiaconus. — Fr. Jacobus Jurgitowicz Clericus. F. Calixtus Wiharowski Clericus. F. Florianus Wirbasz Clericus. F. Franciscus Jodzewicz Clericus. Fr. Thomas Czyzynski Clericus. F. Candidus Zebrowski Clericus. F. Joannes Rutkowski Clericus. — Fr. Laurentius Zylewicz Laicus. —

Provisio Conventus Caunensis. A.R.P. Leopoldus Worycki, Prior et Provincialis. — R.P. Michaël Saulett, Secretarius Provincialis. — R.P. Petrus Simonowicz Praefectus Ecclesiae et Concionator. V.P. Victorinus Bohdanowicz Concionator Lithvanus. V.P. Apolinaris Szczesnowicz, Instructor Cathechumenorum. V.P. Cyprianus Czyzewski Confessarius. —

Provisio Conventus Brestensis. A.R.P. Martinianus Birutkiewicz Prior. R.P. Eustachius Kntynowicz Vicarius et Sacrista. R.P. Joannes Cantius Miatkowski Concionator. V.P. Constantinus Kozlowski. V.P. Patritius Wencewicz. V.P. Ludovicus Grotkowski. —

Provisio Conventus Zaturcensis. A.R.P. Fulgentius Romaszkiewicz Prior. — R.P. Leander Wisniewski Vicarius. R.P. Dominicus Zawadzki. V.P. Leo Rukiewicz. V.P. Josephus Pawlowski. V.P. Erasmus Mackiewicz. Fr. Aloysius Kibortt Clericus. —

Provisio Conventus Codnianensis. A.R.P. Felix Tetmajer. Prior. R.P. Augustinus Gąsiorowski Emeritus. V.P. Raphaël Skierzynski. V.P. Antonius Smilgiewicz. V.P. Placidus Wirszyłło. V.P. Silvester Zukowski. Fr. Thomas Jttakowicz Diaconus. Fr. Caesarius Ruszkiewicz Diaconus. Fr. Dionysius Zdanowicz Diaconus. — Fr. Bonaventura Stankiewicz Laicus.

Provisio Conventus Radzichoviensis. A.R.P. Ferdinandus Toteyko Prior. — R.P. Hieronymus Wiskontt Vicarius. V.P. Gregorius Myszkowski Confessarius. —

Tandem quoad Deffinitiones et ordinationes pro hac Nostra Provincia statuendas, nullas Novas de praesenti formandas duxerunt. Insinuantes strictissime omnimodam praeteriti Capituli Provincialis Anno 1821. die 18. Augusti Radzichoviae celebrati, Decretorum ac Statutorum Executionem. Specialiter autem prohibitionem sub № 4. expressam renovari decreverunt. Ne Religiosi Nostri utantur pileis Saecularibus, vulgo Kaszkiety dictis. Item veste peregrina uti vocatur Nationali Idiomate Surduty, atque etiam Strophiis ad collum

ad collum obvolvendum; denique omnibus aliis quae dedecent Vocationem Nostram et sanctam paupertatem. — Transgressores horum puniendi, Vestes hujuscemodi alienandi vel dilacerandi, AA. RR. Patribus Prioribus potestatem concesserunt. —

Ne praetermittendos existimamus, incorrectos enormes ac scandalosos excessus VP. Silvestri Lukowski, quibus incurrit indignationem Ill. MDD. Collatorum Conventus Codnianensis et justam expulsionem de Dioecesi Luceoriensi ab Illmo Loci Ordinario ARP. Provinciali die 3a Januarii Anni Currentis sub No 8. Notificatam. — Etsi hucusq tolleratur in Conventu Codnianensi propter factam deprecationem Illmi DDomini Collatorum, admonemus Nihilominus praefatum VP. Silvestrum affectu Nobis debito, quatenus deponat omnem malitiam, spiritus elationem; ac induat novum hominem secundum DEUm. Nisi autem subsequatur hanc canonicam praemonitionem emendatio manifesta ac indubitata sciat VP. Silvester severitatem in sacris Nostris Constitutionibus taxatam incursurum absq ulla spe dispensationis, praesertim quia non unica ab ARP. Provinciali et ab ARP. Priore monitio praecesserat. —

Haec decisa et Statuta in Capitulo, dum Vobis AA. RR. PP. et Fratres significamus: recommendamus etiam Orationibus Vestris Sanctissimum Patrem Leonem XII. Papam, cum tota Hierarchia Sanctae Romanae Ecclesiae. Augustissimum Imperatorem Dominum Clementissimum Alexandrum Pawlowicz cum tota Serenissima Imperiali Familia. Benefactores item et Confratres Nostros, in genere et in Singulari. Memores cunctos esse volentes, Animabus Defunctorum suffragari; et quidem Fratrum Nostrorum, ab immediate praecedente Capitulo mortuorum: RP. Vincentii Ginett Secretarii Provinciae. RP. Basilii Zachariasiewicz. VP. Felicis Grzewicz. VP. Augustini Talmontt. VP. Joannis Bzdokiewicz. VP. Maximi Zubikowicz. RP. Paracleti Hryniewicz. RP. Alexandri Laskowicz. RP. Leonardi Panczyrski. —

Locus pro Capitulo Celebrando, Conventus Vilnensis designatur. —

Praeter haec monemus Priores omnium Conventuum ut praesentem Processum, Omnibus Patribus et Fratribus ad Sonum campanulae Claustralis capitulariter congregatis, legant publicent, atq in Librum Conventus sine mora inserere curent; post publicationem vero, quantocius Via Cursoria ad Alios Conventus remittant. Bene Valete.

Datum in

Datum in Conventu Brestensi, sub tempus Capituli Provincialis. Anno 1825.to Die 15.ta Septembris V. S. —

Fr. Martinianus Birulkiewicz Augusd. Praeses Capituli
Fr. Leopoldus Korycki. Provincialis Reelectus de 2do —
Fr. Guilhelmus Bijeyko Augustinianus —
Fr. Felix Tetmajer Augusts Prior Codnianens.
Fr. Fulgentius Romaszkiewicz Augusts Prior Zaterkanis.
Fr. Ferdinandus Tołeyko Augustin. Prior Radzichovien.
Fr. Michaël Saulitt. Secretarius Provinciae
Fr. Possidius Jawgiełło. Augustin. Magister Novitior. Conv. Vilnen.
Fr. Joannes Cantius Miatkowski August. Commissator Conv. Bresten.
Fr. Hieronymus Wiskont Augustinianus Vicarius Conv. Radzich.
Fr. Eustachius Krutynowicz August. Vicarius Conventus Brestensis.
Fr. Cyprianus Czyżewski Augustinianus.
Fr. Raphaël Mierzyński Augustinianus.

Cum Originali concordat. Fr. Martinianus Birulkiewicz Augusts Praeses Capituli Celebrati in Conventu Brestensi.

L. S.

Nostri Muneris affixo Sigillo. Fr. Michaël Saulitt Secretarius

Ukaz Jego Imperatorskiey Mości Samowładnącego całą Rossyą z Rzymsko Katolickiego Duchownego Kollegium. 1.go Departamentu — Prowincyałowi XX. Augustyaninow Eremitow Leopoldowi Koryckiemu. — Wedle Ukazu Jego Imperatorskiey Mości — Niniey-szy Departament po Wysłuchaniu Przedłożenia JW.o Głowno Urządzaiącego Duchownemi Dziełami obcych Wyznań Admirała i Kawalera Alexandra "Symonowicza" Szyszkowa w którym wyjaśnia iż wybranego z Kapituły XX. Augusty-nianow Zakonu Eremitow — Za Prowincyała na powtórne Triennium WMPa-na, Skutkiem Naywyższego Jego Imperatorskiey Mości Rozkaza-Tenże JW. Admirał Szyszkow, Zaleca Kollegii dopuścić w Urządzenie Augustyniańskim Zakonem w tytule Prowincyała — Rozkazali: Z Wy-jaśnieniem niniejszego Przedłożenia, dla należytego spełnienia postać

do

do WMćPana Ukaz przez jakowe dać wiedzieć Wszystkim Dyece-zalnym Biskupom Administratorom Dycezyi, Mohylewskiemu i Wilenskiemu Konsystorzowi. Oktobra 30. Dnia 1825. roku —
Assesor Kanonik Maciey Kopalinski — Sekretarz Piotr Trofimow. Protokolista Druzyna. —

Visitatio Conventus Nostri Kodnianensis Aº Dni 1827. die 25. mensis Novembris expedita. —

Fr. Leopoldus Korycki Ord. Eremitarum S. P. Nostri Augustini per Lithvaniam et Volhyniam Prior Provincialis. —

Peragentes hanc visitationem Conventus Kodnianensis sub regimine A. R. P. Felicis Tetmajer existentis, non potuimus abstinere a lacrymis — Vidimus enim Illmos Dnos Fundatores profusos liberalitate erga hunc Conventum, quem simul cum Ecclesia magnis impensis erexerunt, cetera quoque ædificia domestica de novo honeste collocari cogitantes, necessaria sustentationi familiæ providentes, instar parentum erga bonum filiorum suorum solicitos. — Parte ex altera Patres hujus Conventus (: paucis exceptis :) exutos pudore, ac omni honestate, veluti de proposito pugnantes, ut eo pejores fiant, quo propensiorem animum suorum Fundatorum experiuntur. — Siquidem advenimus VV. PP. Placidum Wirszyto, et Antonium Smilgiewicz ebrietati ab aliquot annis ita deditos, ut scandala publica toti vicinio emanaverint, neque ab A. R. P. Felice Tetmajer hujusque Priore emendati, sed potius pravo exemplo confirmati videantur, in præsenti etiam nostra visitatione. — Exercitia Religiosis communia, id est: Recitationem choraliter divini officii, meditationes quotidianas, lectionem Regulæ ad mensam semel in septimana omnia hic prorsus abiuta. — Nec mirum quod secutæ sint violatio clausuræ, Parochialis devotionis non accurata administratio, Librorum parochialium neglectus talis, quod adnotationes hujusmodi in diversis cellis fuerint sparsæ. Vestiarii retinentia, famulis non solutio pensionis — debitorum contractio, munditiæ in Monasterio, et circa illum, nulla. — in Ecclesia famuli sui Sacristæ defectus: quia vidimus nec computum perceptorum expensorum comparatum, nec proventus fundi ordinate conservatos, nec convenienter impensos.

impensos — Suppellectilem mensæ ab Illmis Fundatoribus donatam, deperditam. — Itaq dolentes expectationem Illorum Fundatorum defraudatam, A. RP. Felicem Tetmajer ab Officio Prioris hujus conventus deponimus, ipsumq liberum, ac absolutum declaramus. —

Ne autem conventus hic destituatur strenuo Rectore quamprimum de actuali Priore mittendo providebimus — Interim Vicarium Prioris hujus conventus RP. Mathæum Sllakowicz instituimus, eiq regimen tam internum, quam externum committimus, necnon ut Patres, et Fratres huius Conventus ipsi obedientiam ac reverentiam ubiq prestent obstringimus. —

Pessimam desolationem plorantes, præ oculis vobis Patres et Fratres ponimus, qui illam causaverunt sit in poenam, cæteris in cautellam. — Ne vero mala progrediantur, sed de proxime corrigantur, invocato opportuno auxilio Spiritus Sti sequentia innovanda in Domino iudicavimus —

1o Clausuram iuxta mentem Bullarum Apostolicarum, item Constitutionum Ordinis nostri, strictissime servandam, Officium divinum omnino choraliter ad signum campanulæ claustralis persolvendum, meditationes quotidianas nunquam omittendas, lectionem Regulæ admonsam, et aliorum librorum utilium, ardentissime ingeminamus.

2. Cura animarum Ecclesiæ huius Conventus annexa maximi momenti obligationem parit — Igitur præcipimus specialem solicitudinem adhibendam, tum ab A.R. Patre Priore, tum ab ejus Vicario, ac cæteris Patribus ad cooperandum deputandis ut Administratio SS: Sacramentorum, prædicatio verbi divini cum summa devotione, ac debita preparatione peragantur. ut diebus dominicis et festivis post primam Missam Supplicationes nunquam omittantur. — Iisdem diebus post doctrinam, seu concionem ad populum, Actus virtutum theologicarum non precipitanter, sed clara ac intelligibili voce cum eodem populo reiteritur — Finita autem Missa Parochiali „Angelus Domini etc„ lingua vernacula cantari debet. — Libri parochiales, scilicet Baptisatorum, Copulatorum, et sepultorum, item examina ante nuptias, nec non status animarum, ita retineantur, ut absq ulla dilatione post administrationem prædictorum, respective in suo loco notentur, idem et de processibus precavemus.

3. Intimus dolor cordi est, videre Ecclesiam Domum Dei famulo suo Sacrista destitutam, quasi sponsam repudiatam ab omnibus derelictam — Oneramus ergo conscientiam RP. Prioris, et ejus Vicarii ut semper sit Sacrista de sæcularibus, qui munditiem Paramentorum, Parietum, Altarium, item pavimenti, faciat. Ministrantibus, Sacer

dotibus

Sacerdotibus inserviat, unus vero de Patribus super ipsum intendere debet. —

4. Munditiem tum in cellis tum in oratorio, in Refectorio, in Culina, etiam in aliis aedificiis, et circa illa quam honestissimam ut retineatis praecavemus, scientes quod sordes exteriores saepe sint indicium ignaviae ac non mundi interioris status animi. — Ad mundandas cellas feminae nunquam adhibeantur, uti practicabatur. —

5. Aedificationi nobis fuit dum hospitio ingressi aulam, in qua V.P. Stanislaus Narziewski Capellanus morabatur oculis nostris inspeximus erudientem praefatum Patrem pauperes pueros. — Laudabilem conatum ejus approbantes designamus Eundem V.P. Stanislaum Narziewski Praeceptorem scholae parochialis penes hanc Ecclesiam et conventum omnino reperibilis — Haec institutio moderno hyemali tempore ad evitanda incommoda, fieri potest in ipsius cella, quam ampliorem necesse habeat. aestivo autem in loco ad ingressum monasterii sito, ad hunc finem ab Illmis Fundatoribus destinato. — Insuper monemus V.P. Stanislaum ad curam adhibendam ut discipuli initia literarum clare percipiant, id est discant legere emendate, ac punctatim. — characteres formare non vagos, sed iuxta certam formam prae oculis expositam — Computa minora facere prompte, ac indubitanter. — Ministrando Sacrificio Missae respondere non celeriter, sed voce articulata, intelligibili, ac devote; praecipue autem sciant, et intelligant necessaria necessitate medii, et praecepti, et mores suos iuxta illa componere assuescant.

6. Paterno affectu ducti, lachrymantes alloquimur vos licet absentes V.V.P.P. Placide Worszyto, et Antoni Smitguwicz qui assueti estis continuae ebrietati, et multa commisistis disconvenientia, ac scandala: expergiscimini ebrii, plorate, et ululate poscentes suppliciter a Deo veniam et gratiam. ~~Quo efficacius~~ id consequamini assignamus vobis Recollectiones per decem dies continuos absolvendas, et ab altaris ministerio per id tempus suspensi manebitis. — Segregati a consortio pravorum recogitate in amaritudine animae, quale lucrum habetis voracitatis vestrae? ecce! perdidistis iuventutem ad omne bonum aptam, simul cum illa sanitatem corporis, et animi, in aetate cum virili, facti estis tremuli, conscientiam onerastis, ab omnibus, qui vos noscunt despecti, velut inutiles, et nocivi extititis: ad quid vobis haec? Perseverantes in turpi consuetudine vestra, quid sperare potestis? nisi morbos incurabiles, vitam onerosam, et (: quod avertat Deus:) mortem inopinatam, ac damnationem aeternam iuxta Apostolum dicentem „Ebriosi regnum Dei non possidebunt. Per viscera Christi rogamus, abstinete a crapula, ad hoc

multum

multum proderit vobis, si nunquam sitis otiosi, sed legen-
tes, scribentes, orantes, vel aliquod aliud opus bonum, aut
saltem indifferens in manibus habentes. — Quod si nostra
presens monitio fuerit neglecta, inviti ac gementes pro
testamur, vos prout incorrigibiles veste religiosa privan-
dos, et expellendos. —

7. Vestium forma a SS. Patribus usitata ac Ordini nostro
prescripta, tegens vilitatem nostram veneratione afficit. Religio
si ipsi more dementium se ipsos despiciunt, dum imitentur
saeculares in forma et colore, simulq ostendunt, in omnibus moti
bus suis, nec sublimis vocationis sue gnaros, nec amantes, nomi
ne Religiosi intus vere irreligiosi convincuntur. — Accepimus ab
A. R. Patre Felice Tetmajer pro tunc conventus hujus Priore, quod
V. P. Silvester Łukowski in Diocesi Kijoviensi in Krymska Ru-
dnia apud Illm Generalem Złotnicki ideo die 10. mensis presen-
tis in conventu se presentaverat, quod innodatus ab Officio
censura excommunicationis ob depositionem habitus Reli-
gionis suae, missus fuerat ad suum Superiorem pro obti-
nenda absolutione. — Ad precautionem cunctorum adnotan-
tes prohibitionem legum strictissime servandam insinuamus,
ut nemo audeat etiam extra monasterium commorans, nisi
in vestibus sui instituti apparere, alias similes poenas ipso
facto incursurus. —

8. Deniq Omnes Vos Patres et Fratres hujus conventus
rogamus, et obsecramus in Dno JESU ut unanimes habitetis,
et sit vobis anima una, et cor unum in Deo. — In spiritu
vocationis proficientes orationi tum mentali, tum vocali in-
state, legem domini die, noctuq estote meditantes. — Anim-
advertite charissimi in Dno quantam liberalitatem
Deus inspirat in corda Fundatorum, et Benefactorum
ut sustentati sufficienter possitis sine impedimento iuge
Sacrificium pro se, suisq Benefactoribus offerre. Videte
ne in vacuum gratiam Dei recipiatis: scriptum est
enim: „peccata populi mei Sacerdotes commedent„ ne
igitur pretia peccatorum, panem viduarum, et orpha
norum, sudore perfusum, consumentes (: si vani, otiosi,
ac inutiles, peccata peccatis aggregantes :) existatis, tanto
strictius iudicium, et damnationem majorem contraha
tis, quanto copiosius in presenti vita beneficiis cumula
mini.

Recomendamus quoq memoria in Sacrificiis quotidianis
Imperatorem Nostrum Nicolaum et Proceres Imperii
nec non Fundatores et Benefactores hujus Conventus Michae
lem et Stanislaum Korzeniewski, et Theclam Głębocka —

Nostri etiam qui in periculo majori versamur, qui pro
animabus vestris rationem Deo reddituros semper cogitamus
ne obliviscamini. — Valete in Domino. — Dedimus in Conventu
nostro Kodnianensi Anno Dni 1827. die 25. Novembris.



Fr. Leopoldus Koryzli Augustinianus Provincialis

Litteræ Convocationis.—

Fr Leopoldus Korycki Ord^s Eremitarum S. P. N. Augustini per Lituaniam et Volhyniam Prior Provincialis.—

Admodum Reverendis ac Venerabilibus Patribus et Fratribus totius Provinciæ nostræ ejusdem Ordinis ac voti salutem in Domino.—

Obtenta permissione a Collegio Romano Catholico die 19 Mensis Junii sub N^ro 1206. anni currentis, super celebratione Capituli Provincialis in Conventu Brestensi, tenore præsentium Nostriq muneris auctoritate certiores facimus omnes Patres Provinciæ nostræ, qualiter die 10. Mensis Septembris Anni Currentis 1828 celebrandum erit Capitulum Provinciale in Conventu nostro Brestensi, uti in loco centrali Provinciæ— Volumus autem ut ibi Patres Priores juxta Ordinis nostri Constitutiones personaliter compareant cum sociis scilicet: Prior Vilnensis cum socio R.V. Ladislao Gineytt Magistro Novitior: et Professore S. Tlgiæ.— Prior Brestensis cum socio A.R.V. Fulgentio Romaszkiewicz— Prior Caunensis cum socio R.V. Justiniano Szlagiewicz Secretario Provinciæ.— Prior Radziechoviensis cum socio R.V. Simone Brodowski. Prior Zaturcensis cum socio R.V. Dominico Zawadzki.— Prior Codnianensis R.V. Paulus Neff.— Ad quod Capitulum omnes præfatos Patres per has Litteras convocamus et congregari mandamus, quatenus pro hac die conveniant in prædicto nostro Conventu Brestensi, ut omnibus electionibus in eo peragendis interesse valeant— Locorum distantia, itineris incommoda, expensæ viales, non sunt attendendæ in tali occurrentia et necessitate. Præcepimus tamen in virtute S. Obedientiæ, et sub poenis in Nostris Sac: Const: p. 3 c. 9. ne ullus Religiosus præter præfatos Patres ad locum Capituli prædicti accedere audeat. Ne autem istud Capitulum sit onerosum Conventui Brestensi, dabitur illi a Singulis Monasteriis pro expensis collatis, quod Patrum judicio Congregatorum taxatum fuerit.— Deniq volumus ut quam primum præsentes Litteræ ad manus cujuslibet Prioris Conventus pervenerint, statim perlegantur Patribus ac Fratribus et libro Conventus inserantur— Dedimus in Conventu nostro Vilnensi Anno Domini 1828. Mensis Augusti 1. die.—

Fr Leopoldus Korycki Augustinianus Provincialis.—

116

In Imperio Suae Imperatoriae Maiestatis Nicolai Primi Imperatoris et Authocratoris totius Rossiae ettc. ettc. ettc. Domini Nostri Clementissimi!

In Nomine Domini Nostri Jezu Christi Benedicti Amen.

Anno Domini millesimo octingentesimo Vigesimo octavo, Die decima mensis 7bris. Obtento Collegii Romano-Catholici Rescripto die 19. mensis Junii Anni Currentis sub Nro 1206. emanato. — Celebratum est Capitulum Provinciale Fratrum Eremitarum S. P. Augustini Provinciae in Imperio Rossiae existentis in Conventu Brestensi, ab ARV. Leopoldo Korycki Provinciali Litteris Convocationis die 1. Augusti hujus Anni indictum; ad quod convenerunt V.P. vocem habituri, videlicet ARV. Leopoldus Korycki Provincialis ac Prior Vilnensis cum socio RV. Ladislao Gineytt Magistro Novitior. ac Professore Theologiae. — ARV. Martinianus Birukiewicz S.T. Bac: Prior Brestensis cum socio ARV. Fulgentio Romaszkiewicz Patre emerito. — ARV. Michael Saulitt Prior Caunensis cum socio Justiniano Sztagiewicz. — ARV. Ferdinandus Toleyko Prior Radziechoviensis socium assignatum RV. Simonem Brodowski solum in Conventu relinquens, caeteris Patribus ad obsequia Ecclesiae Parochialium vocatis, cui pro socio substitutus est, RV. Petrus Symonowicz. — ARV. Hieronimus Wiskontt Prior Zatarcensis cui pro socio assignatus RV. Dominicus Zawadzki cum juxta Litteras Illmi Excellmi Domini Metropolitani Cieciszowski die 28 Augusti Anni Currentis sub Nro 1040, datas ad ARV. Provincialem debuerat manere penes Ecclesiam Parochialem in Lysia assignatus pro socio RV. Constantinus Kozlowski. — ARV. Paulus Neff Prior Codnianensis manentibus in Conventu duobus Sacerdotibus penes Ecclesiam uno ad Spiritualia obsequia, alio altero, cui deputatus est pro socio VP. Placidus Wirszytto. — Qui omnes praemissis singulis juxta nostras Sacras Constitutiones peragendis in prima Sessione quae fuit die 11 7bris Praesidente ARV. Martiniano Birukiewicz S.T. Bac: ab omnibus legali exclamato, electi sunt tres Scrutatores vocem Capituli: ARP. Paulus Neff ARV. Michael Saulitt RV. Ladislaus Gineytt, et ab ipsis juramento fidelitatis praestito. — Electio Provincialis remissa est ad futuram post meridianam immediate secuturam sessionem. —

Eodem die Sessione altera more solito congregata, ~~omnium~~

Suffragiis

Suffragiis per Vota secreta reelectus est in Provincialem hujus Provinciæ ARP. Leopoldus Korycki, ac a primo Scrutatorum Publicatus, debitaq reverentia ab omnibus præstita. —

Sessione 3tia quæ fuit 17 7bris electi sunt Definitores Provinciæ consensu omnium vocalium ARP. Martinianus Birakiewicz S. T. Bac. ARP. Fulgentius Romaszkiewicz S. T. L. ARP. Ferdinandus Toleyko ARP. Michael Saulitt Eadem sessione agebatur de electione Priorum localium, et propositis tribus Candidatis ad Prioratum Vilnensem electus est, per suffragia secreta pluris Votis in Priorem Conventus Vilnensis ARP. Leopoldus Korycki Provincialis. — Cæterorum vero Conventuum Priores existentes unanimi viva voce ab omnibus Capitularibus reelecti extiterunt; id est In Priorem Conventus Brestensis ARP. Martinianus Birakiewicz in Priorem Conventus Caunensis ARP. Michael Saulitt — In Priorem Conventus Radziechowcensis ARP. Ferdinandus Toleyko. — In Priorem Conventus Zaturcensis ARP. Hieronimus Wiskontt. In Priorem Conventus Codnianensis ARP. Paulus Neff et facta est dispositio familiarum ut sequitur. —

Provisio Conventus Vilnensis. —

ARP. Leopoldus Korycki Provincialis et Prior. —
RP. Alipius Alttatowicz Subprior et Depositarius. —
RP. Ladislaus Gineytt Magister Noviliorum ac Professor Theologiæ. —
RP. Petrus Symonowicz Professor Linguæ Latinæ. —
RP. Josaphat Kalinowski primus Concionator et Depositarius. —
RP. Stephanus Kupietowski 2dus Concionator et Præfectus Ecclæ
RP. Justinianus Szlagiewicz Secretarius Provinciæ. —
VP. Thomas Czyżniewski Procurator Domus. —
VP. Liberatus Stancewicz. —
VP. Alexius Dobeyko. —
VP. Ludovicus Rodzewicz. —
VP. Alexander Niskowski. —
VP. Cornelius Balsewicz. —
VP. Raphael Skirszynski. —
VP. Josephus Pawłowski
VP. Jacobus Jurgiłowicz. —
Fr. Dionisius Zdanowicz Diaconus. —
Fr. Adamus Strapowicz Diaconus
Fr. Calixtus Wichorowski Diaconus Cantor
Fr. Hipolitus Pawlikowski Subdiaconus. —

Fr. Edvardus Auszkiewicz Subdiaconus.
Fr. Bartholomaeus Pukszta Subdiaconus. —
Fr. Joannes Butkowski Clericus
Fr. Lucas Januszkiewicz Clericus.
Fr. Jgnatius Garlinski Clericus
Fr. Raymundus Pietkiewicz Clericus
Fr. Augustinus Szwemberger Professus. —
Fr. Gregorius Butkiewicz Profess.
Fr. Basilius Dawgiatto Prof.
Fr. Vincentius Lipinski Profess.
Fr. Prosperus Drakszewicz Profess.
Fr. Laurentius Zylinski Laicus. —

Provisio Conventus Brestensis. —

A.R.V.P. Martinianus Birakiewicz Prior. —
R.V.P. Constantinus Kozlowski Vicarius et Depositarius 1mus
R.V.P. Possidius Jawgietto Concionator et Depositarius 2dus
V.P. Placidus Wirszytto. —

Provisio Conventus Caunensis. —

A.R.V.P. Michael Saulitt Prior. —
R.V.P. Florianus Wojpsza Concionator, Vicarius ac Depositarius 1mus
R.V.P. Candidus Zebrowski Concionator et Depositarius 2dus.
R.V.P. Victorinus Bochdanowicz Concionator Lithvanicus. —
R.V.P. Joachimus Kuczynski Procurator Domus. —
V.P. Thadaeus Pawzewicz. —
V.P. Apolinarius Szczesnowicz Instructor Cathechumenorum. —
V.P. Patritius Wyszewicz. —

Provisio Conventus Zaturcensis. —

A.R.V.P. Hieronimus Wiskontt Prior. —
R.V.P. Leander Wiszniewski Vicarius et Depositarius 1mus
R.V.P. Dominicus Zawadzki. —
R.V.P. Cajetanus Oleski Concionator
R.V.P. Mathias Massewicz Procurator Domus et Depositarius 2dus
V.P. Leo Rukiewicz Confessarius. —
V.P. Cyprianus Czyzewski. —

Provisio Conventus Codnianensis. —

A.R.V. Paulus Noff Prior. —

R.V. Mathaeus Ittakowicz Concionator et Depositarius 1mus. —

V.V. Stanislaus Naryjewski. —

V.V. Silvester Zukowski. —

R.V. Nicolaus Sawzdrowicz Vicarius et Depositarius 2dus. —

V.V. Thomas Ittakowicz. —

V.V. Simplicianus Dawksza Praefectus Eccle. —

Fr. Bonaventura Stankiewicz Laicus. —

Provisio Conventus Radziechoviensis. —

A.R.V. Ferdynandus Toleyko Prior. —

R.V. Simon Brodowski Vicarius et Depositarius

A.R.V. Fulgentius Romaszkiewicz Pater Emeritus. —

V.V. Caesarius Pluszkiewicz. —

V.V. Aloisius Kiborth. —

In Secretarium Provinciae et socium A.R.V. Provincialis electus est Pater Justinianus Szlagiewicz. —

Quo ad ordinationes, et Definitiones pro hac nostra Provincia de novo edendas, abstinere statuerunt Patres Capituli commendantes ad strictissimam observantiam deducendum, quidquid in praeteritis Capitulis Anno 1821. Radziechoviae, Anno 1825. Brestae statutum est. — Renovandum tamen judicaverunt, ut nemo cujuscumque gradus ex nostris Religiosis in quocumque Conventu manentibus audeat exire extra septa Monasterii absque licentia a suo Priore petita et obtenta, in absentia ejus ab Ejus Vicario, vel Superiore, idque sub poenis in nostris Sacris Constitutionibus taxatis ipso facto incurrendis. —

Cupientes afferre juvamen Patribus hujus Provinciae, quibus antiquitus permissum fuerit, a Superioribus absolvere Missam ad Intentionem propriam quavis septimana, et in quibusdam solemnitatibus festis. — Patres Capituli praesentis permiserunt cuilibet Sacerdoti ad Intentionem propriam absolvere Missas duas quavis Hebdomada. — Festivales autem ad Intentionem propriam absolvi solitas, cassarunt et abolerunt. —

Nec silentio praetereundum duxerunt notabiles deviationes R.V. Porsidii Jawgiello, ac R.V. Josephat Kalinowski Concionatoris Vilnensis, qui fomentationes in communitate faciunt, ac vita scandalose dissoluta, ex-

ternis

externis etiam odorem non bonum spirant. Ideo praesens Capitulum affectu Paterno admonet et per viscera Christi rogat quatenus intrantes in cubiculum cordis vestri, recogitetis debita, ac agentes poenitentiam vitam vestram in melius emendetis. —

Deniq. Patres Capituli experientia edocti ARV. Provincialis suam vigilantiam et zelum in eradicando mala et abusus qui irrepserant evellendos: atq. seminanda bona, communitati tam Spiritualibus quam temporalibus utilia summam dexteritatem plena cum fiducia commiserunt, statuendi, ordinandi facultatem, quidquid juxta suam maturam prudentiam statuendum, innovandum, emendandum judicaverit, eaq. omnia veluti in praesenti Capitulo statuta praescripta essent, acceptant. —

Haec decisa, et statuta in Capitulo dum vobis AARRVV. et Fratres significamus, recomendamus etiam orationibus Vestris Sanctissimum Patrem Leonem XII Papam cum tota Hierarchia Sanctae Romanae Eccliae — Augustissimum Imperatorem Dominum Clementissimum Nicolaum Primum, cum tota Serenissima Imperiali Familia. Benefactores item et Confratres Nostros in genere et in singulari, memores etiam cunctos esse volentes; Animarum Defunctorum et quidem Fratrum nostrorum ab immediate praecedenti Capitulo mortuor. ARV. Guilelmi Bijeyko Prioris Vilnensis RV. Gelasii Professoris RV. Sigismundi Woytkiewicz Cantoris RV. Eustachii Krutynowicz Vicarii Brestensis RV. Joannis Cantii Miatkowski Concionatoris Brestensis ARV. Felicis Tetmajer Emeritus V.V. Antonii Smilgiewicz RV. Augustini Gzcörowski Emeritus RV. Gregorii Myszkowski. —

Item Confratrum JMD. Victoris Szumowski Succamerarius Vlodomir. Benefac. Conts. Zatur. et consortis ejus Ursula. —

Locus pro futuro Capitulo Celebrando designatur Conventus Brestensis. Praeter haec obligamus et praesens processus in quolibet Conventu hujus Provinciae, omnibus Patribus Capitulariter congregatos legatur, publicatur, atq. in Libro Conventus inveratur, et via Cursoria quantotius remittatur. Datum in Conventu Brestensi sub tempus Capituli Provincialis Anno Domini 1828 Septembris 15 die. —

Fr. Martinianus Birakiewicz August. Praeses Capituli Breste.
Fr. Leopoldus Korycki Augustinianus Provincialis Electus
Fr. Fulgentius Komaszkiewicz Augustinianus Deffinitor
Fr. Ferdinandus Tołeyko Augustinianus Deffinitor.
Fr. Michael Saulitt Augustinianus Deffinitor
Fr. Hieronimus Wikontt Augustinianus.

Fr. Paulus Neff Augustinianus.—
Fr. Ladislaus Gineytt Augustinianus
Fr. Justinianus Szlagiewicz Aug. Secretarius Provinciæ
Fr. Petrus Symonowicz Augustinianus—
Fr. Placidus Wirrytto Augustinianus.—

Fr. Justinianus Szlagiewicz August. pro Secretario.—

Presentes Litteræ sunt Patribus ac Fratribus capitulariter perlegendæ, Libro Conventus inserendæ, et ad locum viciniorem, via cursoria, transmittendæ.—

№ 2198

Указъ Его Императорскаго Величества Самодержца Всероссійскаго. Изъ Римско-Католической Духовной Коллегіи. Провинціялу Августіанскаго Ордена Іеромонаху Корыцкому. По Указу Его Императорскаго величества сія Коллегія слушавъ Предложеніе Его Превосходительства Г. Правящаго должность Главно-Управляющаго Духовными дѣлами иностранныхъ исповѣданий і Кавалера Дмитріа Николаевича Блудова въ коемъ изъясняя, что Его Императорское величество изъявилъ высочайшее соизволеніе на утвержденіе васъ Іеро-монаха Леопольда Корыцкаго въ званіи Провинціяла Августіанскаго Ордена о семъ высочайшемъ соизволеніи Его Превосходительство предлагаетъ Коллегіи для надлежа-

щаго

119

щаго распоряженія. Приказали: о семъ высочай-
шемъ утвержденіи васъ Іеромонаха Провинціа-
ломъ Августіанскаго Ордена, послать къ вамъ
Указъ, каковыми для вѣдома дать знать всѣмъ
Епархіяльнымъ Архіереямъ, Администраторамъ
Епархій, Управляющимъ оными и Луцкой Конси-
торіи; о каковомъ распоряженіи донести Его Пре-
восходительству Г. правящему должность глав-
но-управляющаго Духовными Дѣлами иностран-
ныхъ исповѣданій и Кавалеру. Октября 15го дня
1828го года.

Ассесоръ Прелатъ Іоаннъ Щиттъ.
Секретарь Петръ Трофимовъ.
Протоколистъ Осипъ Дружина.

Zgodno z Oryginałem stwierdzam X. Justynian Szłagie-
=wicz, Sekretarz Prowincii.

Ukaz Jeho Jmperatorskaho Wieliczestwa Samoderzca Wsierossyiskaho.
Jz Rymsko=Katoliczeskoy Duchownoy Kollehyi Prowincyału Awhustyan=
skaho Ordena Jeromonahu Koryckomu. — Po Ukazu Jeho Jmperatorskaho
Wieliczestwa. Sija Kollehija Słuszaw predłożenie Jeho prewoschoditielstwa
H. Prawiaszczaho dołżnosm Hławno uprawlaiuszczaho Duchownymi Dieła=
mi Jnostrannych Jspowiedanij i Kawalera Dmitria Nikołaewicza Bludowa
w koem izjasninia czto Jeho Jmperatorskoe Wieliczestwo Jzjawił Wy=
soczayszce soizwolenie utwierżdenie Was Jeromonaha Leopolda Koryc=
kaho w zwanij Prowincyała Awhustianskaho Ordena. o sem Wysoczay=
szem soizwolenij Jeho prewoschoditielstwo predłahał Kollehij dlia
nadlezaszczaho rasporażenija. Prykazali: o sem Wysoczayszem
utwierżdenij Was Jeromonaha Prowincyałom Awgustianskaho Ordena
posłat k wam Ukaz, kakowymi dla wiedoma dat znat wsiem Eparc=
hialnym

Eparchialnym Archiereiam, Administratoram Eparchij Upraulajuszczym onymi, i Luckoy Konsistorij; o kakowom rasporiażenij doniesti Jeho prawoschoditielstwa H. Prawiaszczamu dołżnost Hławno-Upraw- lajuszczaho Duchownymi Dielami Inostrannych ispowiedanii i Kawalera. — Oktiabria 15 dnia 1828 hda. —

Assesor Prelat Joann Szczytt.

Sekretar Petr Trofemiow.

Protokulist Osip Druszona. —

Visitatio Conventus Codnianensis Anno 1830 Mensis Julij 15. die expedita →

Fr. Leopoldus Koryzki Ordinis Eremitarum S. P. N. Augustini per Litvaniam et Volhyniam Prior Provincialis —

Officio nostro fungentes venimus ad hunc Conventum nostrum Codnianensem causa peragendæ visitationis in qua lustrantes utrumque ejus statum tam Spiritualem quam temporalem, omnia bene et suo ordine fieri invenimus — Nunc autem post pie defunctum Priorem Adm. Paulum Noss, donec providerimus de actuali Priore ne iste Conventus sine capite privetur interim constituimus vicarium Priorem Adm. Nicolaum Sawzdrowicz Eique omnem potestatem tam in spiritualibus quam in temporalibus, quam cæteri Priores iuxta Sacras nostras Constitutiones habere consueverunt, impertimur — Dedimus in Conventu nostro Codnianensi Anno 1830. mensis Julij 15. die —

Fr. Leopoldus Koryzki Augustinianus Provincialis —









